SYNTAGMA DAVIDICVM, HOC EST: ORDINATA COLLECTIO E PSALMIS DAVID SECVNDVM VARIOS MORES ET MOTVS HORVM TEMPORVM:

SERENISSIMO ARCHIDVCI AVSTRIAE

ALBERTO,

POTENTISSIMO BELGII DYNASTAE,

AB AQVISGRANENSI COLLEGIO SOCIETATIS IESV DEDICATVM.


DAVID *in omni opere dedit confessionem* SANCTO *&* EXCELSO *in verbo gloriæ. De omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit* DEVM *qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam:* Eccles. 47.

PERMISSV SVPERIORVM.





COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Bernardi Gualtheri.
ANNO M. DC. XV.



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

D. ALBERTO

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,

DVCI BVRGVNDIAE, BRABANTIAE, GELDRIAE, &c. BELGII TOTIVS DYNASTAE POTENTISSIMO

Domino suo Clementissimo.



AVGVSTI ac reuera Principis animi indicium est, non solùm, quos sua ditione subditos tenet, à quorum secundis fortunis maiora compendia & vectigalia possit desumere, beneficijs suis exornare, ac præsidijs tueri; verùm etiam alios quoscunque violentis iniurijs oppressos viderit, à se

iuuari ac liberari posse: sēsēre hūc animū in Ser.tate T. Ciues Catholici Aquisgranēses, qui solemnibus artificijs, (vt modestè loquar) Hæreticorū oppressi, iam supra trienniū sustinebant eorum hominum imperia, à quibus lōgissimè fide, moribus, animo dissidebāt. Iniuriam hanc tuam arbitratus, ęgrè admodū, vt in finibus tuarū ditionū iniustitia, quæ diuina & humana iura explodit, impunè cōsisteret, perpessus es; nec diutius perpessus es, quàm opportuna maturuisset occasio: qua secundùm ius ac fas expeditū esset, æquissima animi tui desideria effecta dare. Cùm itaq; felici omine ad Regia signa prius cōfluxisset, quā cōscribi credebatur copiosus ac selectus exercitus, nō alium in finē, quā vt sua Dignitas Deo ac Cæsari staret in Imperio; nec pro libitu cuiusuis ac furore, sed pro legibus & æquitate res administrarentur: primum spe-

cimen

cimen honestissimi huius propositi, ab ipsa Occidentalis Imperij, & Germanicorum Cæsarum coronationis sede captatum est. Mirum, quàm inopinata, quàm expedita celeritate: magis autem mirum, quanta cum lenitate ac modestia. Sic nimirum pro innata sua clementia & lōganimitate, Germanus Tuus Romani Imperij Cęsar mandauerat: sic Tua animi clemētia, quam cum constante æquitate maritatam accuratè obseruas, omninò fieri, si modò per sontium submissionem staret, præceperat; ne vel ipsa calumnia quicquam contra seueritatem potentissimorum Principum, querelarum comminisci posset, quasi præcipitatæ pœnæ, & ad exigendam vindictam, plus commoti offensio animi, quàm æquitas valuisset. Quantùm porrò inusitatâ isthac clemētiâ sontes nostri profecerint ad agnitionem detestationemque

admiſſi facinoris, dicere nequeo. De Catholicis auſim aſſeuerare, ipſos pro accepto reſtitutionis beneficio, tam pium atque obſequentem erga Ser.^tem V.^am animum concepiſſe, vt dubium, vtrum maiorem in genuinis ſuis ſubditis optare Princeps aliquis poſſit. Quare auctores etiam nobis fuerunt, vt, ſi quid è Noſtra Domo fructuoſi opuſculi, prælo committeretur, nomini Ser.^tis T.^æ dicatum prodiret; non quidem communi illo fine, vt præfixo tanti Principis nomine opus ipſum eſſet commendatiùs, ſed vt ſuę gratitudinis publicum teſtem, ac præconem quaquauerſum emitterent operoſioris & magis conſpicui monumenti aliquando in Ciuitate ſua erigendi. Et verò nihil erat nobis in idem hoc ſtudium propenſiſſimis opus admonitore; cùm ipſimet T.^æ Ser.^tati non tantùm propter commune in hanc ciuitatem

beneficium, arctissimo gratitudinis vinculo obstricti essemus, verũ etiam priuatis alijs nominibus; quando superiorum annorum inopiam & persequutionem, quam sustinebamus, liberali eleemosyna subindè solatus es. Quod verò anxiè, cætera expeditum affectum nostrum distinebat, & tantùm non penitùs absterrebat, erat ipsa offerendi muneris tenuitas; sed abundè satis eam compensatam suadebat, materiæ tractatæ dignitas, & sacratissimorum fontium, vnde deducta erat, salubritas, ac demùm ipsa instituti huius operis ratio. Ad quem enim Regius Propheta de varijs ac turbidis horum temporum motibus, siue cum Deo, siue cum populo loquens, æquiùs erat, vt accederet, quàm ad Te, Princeps Seren.^me altiore, quàm Regio sanguine oriundum, virtute pietatis, ac deuotionis viuum inter potentissimos Princi-

pes exemplar? In turbidis verò horum temporũ motibus, si quisquam alius, Tu vel maximè expertus, &, quod mirantur omnes, in debili etiam, & grauiter affecto corpore, animo semper Regio & infracto. Accipe igitur omnibus Tibi debitam nominibus operam nostram; &, quod suis edocta cladibus, sibi in priuatum solatium Domus Nostra cõcinnauit Syntagma Dauidicum, faciat Deus etiam Tuæ Ser.tati placere, vt ab ea illustriùs se in plurimorum animos ad maiorem Dei gloriam insinuet, à quo Ser.tati Tuæ diu ac feliciter viuere supplicibus votis exoramus.

Seren.tatis Vest.æ

Clientes & serui

Collegij SOCIETATIS IESV
Aquisgran. PP. & FF.



BENEVOLO LECTORI
A. S. P.



VÆ olim ratio D. Augustinum permouit, vt contra insolentissimos sui temporis hæreticos Donatistas psalmum aliquem componeret; qui à Catholico populo in execrationem & improperium tam turbulentæ hæreseos decantaretur: eadem, atque adeo plures aliæ, hoc tempore me etiam permouerunt, vt psalmos aliquot non quidem ipsemet de integro recentes componerem, sed è Dauidicorum psalmorum versiculis sparsim hinc inde excerptis, & ad sua quæque capita studiosè accommodatis, concinnarem. Volui autem quoad sensus & connexio sententiæ tulit ipsa sacrosanctæ scripturæ verba religiosè retinere, hoc enim ad authoritatem, ad sermonis efficaciam, ad concitandam pietatem & alios id genus congruentes motus eliciendos; multo plus momenti habiturum facilè videbam. Est enim omnis scriptura diuinitus in- 1. Timor. 3.

ſpirata vtilis ad docendum, ad arguendum, & corripiendum in iuſtitia, *vt peculiari quodam Spiritus ſancti afflatu Dauidico pſalterio inditum eſſe; comprobatur. Quare ſicubi ſententiæ connexio leuem aliquam immutationem, vel voculæ adiectionem omiſſionemve requireret, eius aliquod ſignum; ſeu litterarum variatione, ſeu virgulâ, datum eſt. Similiter vbi aliunde quam è pſalmis (quod ter quaterve accidit) verſiculi inſerti fuerint ad marginem locus vnde euocati ſunt; additus eſt.*

Licuit quidem tanto Eccleſiæ Patri & Doctori ſancto Auguſtino de ſuomet ingenio & recondito Spiritus ſancti theſauro depromere vnde exitioſas hæreſes confutaret atque confunderet, Catholicos verò in auitâ Patrum ſuorum religione retineret, & à noxiâ nouatorum contagione auerteret. Ego verò dimenſi ac moduli mei probè mihi conſcius: longè aliam rationem ineundam mihi eſſe meritò exiſtimaui. Si nimirum ex ipſomet Regio Propheta minimè dubiâ Dei inſpiratione edocto, ea quæ ad horum temporum & morum conditionem accommodata occurriſſent; ſublegerem, & ad propoſita capita ceu certas claſſes redigerem. Occurrebant autem animaduer-

tenti:

tenti: tam varia, tamqúe luculenter expressa, vt non tam prædicta esse tot ante seculis, quam impræsentiarum de moribus & aduersitatibus horum temporum dicta videri possent.

Obseruare est in psalmo D. Augustini, velut annulo aureo insertam gemmam; versiculum vnum psalmi 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, *ex eo enim tamquam præfulgente astro aduersariorum oculos perstringens: quorsum ipsos reuocatos velit: expreßit.* Audite, *inquiens*, vocem Prophetę, vt sitis in vnitate. *quantò itaque magis licebit mihi eisdem hisce verbis seu domesticos seu aduersarios fidei compellare? Audite vocem Prophetæ: vt stetis solidè in vnitate, vel: vt reuertamini ad vnitatem, quando non vno duntaxat versiculo; sed tot vndique quà se verterint: sententijs audient prophetam sibi loquentem; verba consolationis in tribulatione; obsecrationis in neceßitate; pœnitentiæ in delictis; comminationis in pertinacia; correctionis in errore; inflammationis in deuotione & pietate; gratitudinis in acceptis Dei donis & beneficijs.*

Cæterum quam dixi caussam sancto Augustino fuisse excogitandi & euulgandi peculiaris psal- Caussa prima huius libri edendi.

Aug. lib. 1. Retract. c. 20. *mi in Donatiſtas, hanc ipſemet in primo ſuarum retractionū lib. 1. liquidè expreſſit.* Volens etiam cauſſam Donatiſtarum ab ipſius humillimi vulgi & omninò imperitorum atq; Idiotarū notitia peruenire, & eorū quātum fieri poſſet per nos inhærere memoriæ, pſalmū qui eis cantaretur per latinas litteras feci, ſed vſque ad V litterā, tales enim a b c darios appellant, *&c. Sic omnibus omnia factus: doctis auribus & ingenijs, doctum & ſubtilem ſe exhibuit; magnis & altis animis, ſerium & grauem; vulgaribus & imperitis, facilem & ſubmiſſum; vt in omnibus formet Chriſtum, excludat Antichriſtum cuius prodromi ſunt omnes hæreſiarchæ inde ab Apoſtolorum temporibus ad hæc vſque noſtra tempora. Non abſimile deſiderium animo complexus: pſalmos eo quo inſcribuntur ordine digeſſi, & quo magis deuotioni promouendæ congruerent, ſubieci è diuerſis ſacræ ſcripturæ locis verſiculos (vt vocant) & reſponſoria, quas preces minores, vel etiam iaculatorias vocamus, alluſione quadam ad id pſal-* Pſalm. 7. *mi 7.* ſagittas ſuas ardentibus effecit. *quibus deinde; vt luculentior eſſet ad Deum deprecatio, orationes ex Eccleſiæ Catholicæ liturgijs & litanijs, quædam etiam ex ſacris litteris & D. Auguſtino additæ ſunt,*

tam

tam nudâ & candidâ simplicitate, vt sperari possit ipsos etiam fidei Catholicæ aduersarios posito supercilio animos submissuros esse, & proposita hac ratione se ipsos agnoscendi, & ad Deum se reflectendi (quod summo ipsorum bono fiat!) vsuros.

Fructus huius lib. etiam ex aduersarijs speratus.

Verum enimuerò operæ pretium esse arbitror, vt alias quoque caussas, quæ ad hunc laborem suscipiendum me impulerunt, præter illã, quæ S. Augustinum impulerat; breuiter exponam: sunt illæ potissimum duæ. Alteram exhibuerunt hæretici: suo illo tumultu quem paucis ab hinc annis Aquisgrani concitarunt in ciues Catholicos, præcipuè tamen in homines Societatis. Alteram insitus animo meo affectus promouendæ vigilantiæ & industriæ in animis Catholicorum; contra multimodas & vaferrimas aduersariorum Ecclesiæ Dei machinationes.

Caussa 2.

Caussa 3.

Longè lateq́ue peruulgatum est maximo fortunarum & animarum incommodo Aquisgranum publicæ olim deuotionis æquè ac coronationis Regis Romanorum Sedem, D. & M. Caroli monimentum hæreticam colluuiem è vicino Belgio profligatam excepisse, & ab eâdem complures è genuinis ciuibus correptos & corruptos mox fuisse, sic enim res nouæ sua seu nouitate, seu fucata specie improuidos & maxi-

Aquisgranum vnde hæresin exceperit.

mè rerum ſacrarum imperitos: facillimè faſcinant. Verùm vt inquietum malum eſt hæreſis, in incrementum ſui impotenter luxurians. Quotquot hoc loci ea peſte infecti erant, animaduerterunt non quouſque lubebat licere ſibi pomœria ſua proferre, præſertim ſi ratione, vel reformati ſui, vt vocant, euangelij crepitaculis duntaxat res gerenda eſſet (nam publica adhuc authoritate Magiſtratus, & nimis euidente præconio veritatis cõtinebantur) ad conſueta tumultuum & turbarum concitandi præſidia ſua identidẽ prouolarunt. non irrito prorſus conatu. cum facilè eſſet imparatos obruere, & reſiſtente nemine quiduis occupare. Quia tamen ſeditio res eſt ex qua non ſolum damni atque incommodi plurimum in vtramque partem ſeu agentem ſeu patientem dimanat, verùm etiam in auctorem potiſſimum; dedecoris plurimũ & infamiæ. Barbarũ etenim eſt vel maximè, id quod nullo tibi iure cõcedi poteſt aut debet, pro libidine per vim & ſummã iniuriam tibi vſurpare. Hanc adeò informẽ & nefandam notam, vt procul à ſe amolirentur ipſam rei veritatis euulgationẽ præueniendam ſibi eſſe duxerunt conſuetâ mentiendi induſtriâ ac libertate. longa enim experientia edidicerunt quantum ſolerte & aſſiduo vſu huius ſui priui-

Hæretici per ſeditiones ſua promouent.

Seditioni prętextus quæritur.

-legij

legŷ apud vulgares & pronas in mendaciũ aures rebus suis profuerint Ergo cum ipsi essẽt publicæ quietis turbatores: legitimũ.n. Magistratũ suum, loco & potestate destituerant. Collegiũ Societatis IESV *voluntate P.M Cæsar Rudolphi, authoritate P. itẽ ampliß. M. Ser.*ᵐⁱ *Electoris Ernesti, ac cõsensu Senatus isthic cõstitutũ, & modicis adhuc initŷs succrescẽs, inaudito hactenus p S. Rom. Imp. ausu inuaserunt idq́ tam effusa & impotente insolentia, vt vix credi poßit, q̃ petulãter & proteruè templũ recens cõsecratũ, domũ, personas ipsas tractarint; domo sua propulerint, & quo ipsis collibitum fuerat eduxerint. neq; tamẽ quisquã è toto illo numero repertus est qui docere posset, se suosve vel aliquo verbo vnquã indignius tractatũ fuisse. Vt itaq; facinus nouo facinore honestarent: homines ipsos, ne minima noxa obstrictos, quos tam indignè antea exceperant, calumniŷs onerant, Catholicum quidem magistratum: quasi intolerandis ab eo iniurŷs exagitati, extremum desperatæ suæ miseriæ solatium sibi ab armis & seditione requirere debuerit.*

Colleg. Soc. IESV Aquis. à seditiosis hæreticis inuaditur.

Calumniæ hæreticorũ in Magistratum & Societatem.

Societatis verò homines: quasi ipsi Magistratum ad talia agenda concitassent. Suspicioni quam temerè conceperant, odium quod in vniuersum hunc ordinem à primis incunabulis hauriunt, flammas sub-

ministrabat. Sic enim cæcati homines malè adsuescunt Magistratui suo & religiosis personis, hoc est, illis ipsis maximè esse infensi ac noxij, quos vel ob status sui conditionem, & authoritatem qua moderatè in puniendo vtebantur, vel ob religiosam viuendi rationem si non amare, saltem reuereri debuissent. Sed quo non abripit temeraria nocendi libido dementatos errore & impostura animos? nam vt de iniurijs in Magistratum nihil dicam. parum fuit sacram ædem, religiosam domum, Societatis IESV; *inuasisse, plurima vastasse, diripuisse, læsisse etiam fortunas (quæ modicæ erant) & corpora, nisi etiam bonã eorum existimationem quantum possent temerarent & proscinderent. Itaque sculptis imaginibus, rhythmis & cantilenis euulgatis homines Societatis quasi facinorosissimos omniũ mortalium & nihil nõ meritos depingunt, tanquã quos ipsi iure merito: (modestiæ scilicet ac æquitatis obseruantissimi vindices,) nulla rabie: sed puro ac simplice Zelo Euangelij sui adacti ita præter omnem iuris ordinem tractare debuerint. Sed benè habet: quod Dei singulari dono & immortali beneficio Societati per vniuersum orbem ea de integritate vitæ conciliata sit existimatio: vt ab eiusmodi hominum genere non modò nulla re detera-*

Imagines sculptæ in homines Societatis.

tur,

tur, quantiſcunque infeſtetur lædorijs, calumnijs, mendacijs; vt inde potius magis eniteat & inclareſcat: Neque ipſi falſi criminatores hoc ignorant, ſperant tamen euaneſcente calumniâ ſuperfuturam ſaltem cicatricem aliquam.

Hæc porrò adeò inſulſa nocendi iuxta ac maledicendi libertas honeſtiores omnes peſſimè habuit; nonnulli etiam reperti qui ſimilibus id genus ſculpturis, rhythmis, cantiunculis: rei veritatem ab importuno mendacio vendicandam ducerent: quorum tamen ſtudium & affectum magis quam concilium probaui. Quid enim, dic obſecro, aut de veritate religionis Catholicæ, aut de honeſtate noſtri ordinis decedet, ſi hæreticis hominibus in tumultuando, maledicendo, conuiciando, calumniando, inuidendo non tantum primas, verùm omnes etiam omninò partes conceſſerimus: in hoc enim genuini Eccleſiæ Dei filij vocati ſunt vt benedictione hæreditatem poßideant. Quare ſolida veritate, ſententijs ſacroſanctæ ſcripturæ ſanctorumque Patrum corrigendi potius ſunt & caſtigandi, quam plebeia dicacitate. ne reſpondendo ſtulto iuxta ſtultitiam eius *ipſi ſimiles haberi poßimus.*

Zel' quorundam Catholicorum.

1. Pet. 3.

Prou. 26.

Hoc tamen non eò à me dictum eſſe velim; quaſi non rectè fiat quando in aduerſarios fidei & Eccleſiæ

quod temerè effutiunt commutata sententia regeritur, vt ineptiæ ac friuolæ imposturæ eodem relegentur, vnde primò emissæ sunt. hoc enim modo adhibitâ moderatione videas etiam sanctos Patres vesaniã impudentium hominum redarguisse, & stultis respondisse secundùm stultitiam ipsorum, ne nimium fortè sibi viderentur sapere. Sed fructuosius esse arbitror si præsertim ad errores retractandos, & ad faciendos dignos pœnitentiæ fructus, peruersa mente homines, inducendi sint; vt se ipsos in expreßâ & nudâ sacra scriptura, ceu in obiecto speculo, cõtueantur: cõferant machinationes, & mores suos, ortũ, progressum, & interitum, cum moribus & procedendi more quem exigit & seruat sancta Romana Ecclesia, videantq; quam prope ac propriè damnatarum olim hæreseon viam teneant, quam longe autẽ absint à moribus, & ab instituto primorum Patrum Christianitatis degenerent. præterea hoc quoque commodi ex hac ratione sperari potest: quod cùm veritas communiter odium soleat parere, hic neminem omninò habeant, cùm à veritate redarguuntur, in quem conceptum odium euomant, nisi fortè in ipsum purum ac putum verbum Dei, quod tam frequẽs est in ore ipsorum, quam sensus eius à corde ipsorum peregrinus & alienus est.

Ibidem.

Hæretici ad pœnitentiam inuitantur.

Isa. 29.

De-

Demus etiam tam parū aliquos esse memores sui, vt instar phreneticorū, etsi non medicinæ, medico tamen irascātur, eo ꝙ morbū idoneis medijs persequatur, & fugare cōtendat: an nō se ipsos prodent talium scelerū affines esse, qualia reprehēdi tam ægrè ferūt? cui enim viro bono doleat redargui adulteria, perfidiam, calumnias, mendacia, seditiones, latrocinia? quando à nemine cuipiam appinguntur, qui ea prius in suum commercium & agendi rationes non aduocauerit?

Vitia cum ratione reprehendi solis vitiosis displicet.

Hæc itaque secunda est suscepti huius nostri laboris caussa, restat vt tertiam quoq; exponam. Desiderium promouendæ pietatis, propter eximiam vtilitatem q̄ illa secū adfert: cùm enim officio & vocatione nostra, nō nobis duntaxat, verum etiam proximorū vtilitati nati simus, illā verò, quonā meliore cōpendio promouebimus, q̄ excitādo pietatem? habemus enim Apostolū disertè enunciātem. Pietas ad omnia vtilis est, promissionē habēs vitæ q̄ nūc est, & futuræ. *Pietatē intelligo syncerā illā ac verè Christianam, q̄ singulare quoddam Dei donū est, animumq́ue ita disponit, vt ad Deum afficiamur instar probæ indolis filiorum erga suos parentes. Ab hoc tam casto affectu ceu fonte plurima alia dimanant bona, cuiusmodi sunt: obsequiū in parētes; fides in patriā; studiū*

1.Tim. 4.

Pietas Christiana.

publici boni; obseruantia honesti & æqui; ordinata seu in retinendo statu seu in rebus agendis maturitas & dignitas; in subditis erga Magistratum reuerentia; in magistratu erga subditos indefessa solicitudo; in vtrisque mutua inter se fides & dilectio. ad quæ vt pax, tranquillitas, concinnitas morum, fortunarum etiam prosperitas, boni nominis odor priuatim ac publicè consequantur, necesse est.

O quàm verè ad omnia vtilis pietas! non minus necessaria ad veram quamcunque felicitatem obtinendam, quàm prô dolor paßim à plerisque neglecta, & longius amandata exulat! quanto tamen cum incommodo? vtinam id omnes æquè sentiremus, atque res ipsa nos edocet, & nostro nobis malo, quãta neglectæ pietatis sit noxa, qualisve auctor, manifestè prodit: Ille nimirũ qui præsidet loco vbi nullus ordo, perpetuus autem horror inhabitat, cui ex turbatione rerum & confusione plus lucri est, quam ex bene constituto & legitimo ordine. cui cum fallace hoc mũdo & prauis hominum cupiditatibus velut icto fœdere cõmune commercium est, & vt D. Bernardus ad Sapientis dictũ alludens ait; marsupium vnum, ex quo in seruitutem peccati incautos ac vendibiles mortales comparat & perditioni obstringit, quodque om-

Contẽptæ pietatis Auctor.

Dæmon gaudet rebus turbulentis & inordinatis. Pro. 1. c. 1.

nium

nium maximè deplorandum est: Plerique ob libera & vulgata errorum & vitiorum exempla spõte sua infaustis hisce nundinis sese exposituri, prouolant. immò iam prius venundati vt faciant malum quam adeo venales fuisse; constiterit. Atque hæc est calamitas quæ in singulos ferè dies non absque intimo doloris sensu in oculos piorum illic potissimum incurrit: vbi cura animarum neglecta iacet. atque interim in malum semper intenta hæresis non iam sensim vt cancer serpit, sed tanquam ferus aper de sylua, si impunè liceat ferocire, euertit & vastat omnia, si verò non liceat, saltem vt vulpecula demolitur vineam Christi. 2.Tim. 2.

Commixti inter gentes *(inquiebat regius Propheta de populo Israel) didicerunt* opera eorum. *quid non mali discunt Catholici dum veluti oues sine pastore, suorum malorũ improuidi, hæreticis permiscentur. Imprimis enim ipsa consuetudine conuiuendi discunt minus abhorrere ab hæresi, quasi non omnium malorum extremum esset, quia in domesticam familiaritatem se insinuauit. Deinde, intima Christianæ religionis mysteria summo semper in honore ac pretio habenda, contemptim tractare; solemnes Ecclesiæ ritus oscitantiâ & dissolutione temerare;* Psal. 105. Cõuersatio hæreticorum maximè noxia.

 anti-

Vitia hæresis in clerũ redundant.

antiquæ pietatis exercitia in iocum cõuertere; ter venerandum Missæ sacrificium rarius, & exigua cum deuotione frequẽtare; Regale sacerdotium nouæ legis, cuius ipsemet Christus Dominus est summus Pontifex & perpetuus administer, vile ducere; nominis habitus, tonsuræ, non tamen reddituum Ecclesiasticorum, pudere; præscripta certis diebus ieiunia, à quibusdam cibis abstinentiam, cæteraq; id genus Ecclesiæ præcepta absque verecundiæ aut conscientiæ sensu transilire; Sanctorum inuocationem, purgatorij pœnas, vsum indulgentiarum, velut adiaphora aut superstitiosa commenta arbitrari. In his & similibus à sententia & definitione Catholica discedere, & nihilominus pro Catholico haberi velle.

Ignaui Catholici quid ab hæreticis distent.

Exitiosa profectò animarum lues, q̃ à luculẽta hæresi hoc distat modo, quo æstuans febris ab ignaua tabe; vtri autem facilius mederi possis, haud facilè iudicaueris. Multi præclarè admodum & fructuosè pro idoneis medijs inueniendis laborarunt; alij omnẽ operam suam eò retulerunt, vt illustri scientiæ luce qua peculiariter à Deo dotati fuerunt aberrantib⁹ facem perferrẽt, ne quisquam nisi sua voluntate occæcatus in tã fœda errorum præcipitia rueret. Aliorum autẽ labor in eo totus est, vt sensu quodam pietatis affe-

ctum

ctum emolliant atque expurgent, sit enim in multo maxima parte hominum mente corruptorum, vt à deprauato affectu, intellectus adeò depressus & captiuus teneatur, vt renuat, immò & metuat ne ad legitimum rationis imperium, & germanam libertatem suam reuocandus sit: Atque hi tales ad illorum hominum classem referendi de quibus Apostolus ait: Quod reueletur ira Dei de cælo super omnẽ impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui vnitatẽ Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei manifestum est in illis, *ac proinde* sicut nõ probauerunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant quæ non conueniunt: *videlicet contentiosum ac contumeliosum esse, superbia efferri, inuidere, susurronem seu quod alia scriptura vocat linguam tertiam agere, homicidia perpetrare, malignitate, dolo, incompositis moribus efferari, qualia ab Apostolo ibidem recensentur, & tam expreßè vel in sola postrema seditione à nouatoribus Aquisgrani concitatâ ante omnium oculos exhibita sunt, vt qui ea non viderit nescio quid vnquam videre poßit.*

Prauus affectus detorquet intellectum.

Rom. 1.

Fructus hæreticæ obstinationis.

Vt itaque tales ad veritatis lucem, à qua continuò redarguuntur, mẽtis suæ aciem conuertant, nunquã

Pœnitentiâ sceleratæ vitæ côuersionem hæreticorum præcedat necesse est.

fiet, nisi animis prius commoueantur ad pœnitentiam corruptæ ac facinorosæ vitæ. hinc enim incipiendum est; si modò velint aliquando dissoluere colligationes impietatis vt liberiore passu ad viam veritatis antiquam & tritam Patrum nostrorũ semitam possint accedere, & porrò per eandem, quæ sola ad æternam vitam ducit, incedere. O vtinam videre nobis liceat in aduersarijs Ecclesiæ vel saltem initia huius tam salutaris studij etiam cum mirifica piorum omnium voluptate videremûs quod quidam Prophetarum ait: Sicut fuit sensus eorum vt errarent à Deo; ita decies tantum iterum conuertentes, requirent eum.

Bar. 4 c.

Affectus perpurgandus quo intellectus perspicacior fit.

Quare non minus fructuosum eorum laborem duxerim qui in expurgãdis corruptorum hominum affectibus primã operam collocãt, quam est eorum qui omnibus modis satagunt, errores intellectũ occupantes, disciplinæ methodo, & argumentorum euidentiâ profligare. Vehementer autem exopto vt ad laboris istius societatem hic noster qualis qualis accedat; tantum in commune collaturis lucri ac commodi, quantum bonorum omnium auctori Deo placuerit.

Et quidem si ex voto meo cesserit; ex omnibus omnium ordinum hominibus fructum aliquem repor-

tabit. omnibus enim iuxta Apostolum debitores sumus insipientibus & errore seductis, via recta ostensionem; tepidis & ignauis excitationem; benè sapientibus & progredientibus cohortationem ne fatigentur animis deficientes; in disciplina perseuerent, ne aliquando extra disciplinam facti; adulteri audiant, & non filij. Rom. 1. Hebr. 12.

His itaque siue auertendis malis siue conciliandis animarum nostrarum bonis: quæ oportuniora erunt remedia quam si familiari quadam tractatione sententiarum sacræ scripturæ præsertim tamen psalmorum adsuefiamus: itentidem contueri quantas miserias in vniuersum orbem sola hæresis inuehat. agnoscere etiam, quod extrema pœnarum omnium hæresis non nisi ob enormia peccata miseris mortalibus ab irato Deo infligatur. atque eam ob rem suppliciter & assiduè Deum orare: iuuat etiam penetrare sese, non tantum in genuinos mores Catholicæ Ecclesiæ, verùm etiam in deprauatos mores hæreticorum synagogæ, si enim syncero affectu mutuam horum collationem institueris; facilè fiet vt quantum inardescas amore fidei, tantum cohorrescas hæresum detestatione. habere etiam ad manum solatia in afflictionibus, quibus conscripti ciues supernæ Hierusalem à ciui-

Hæresis peccatorum maximum & pœna peccati.

bus Babylonijs exerceri solent. Adhæc obseruare certissima indicia prouidentiæ Dei plus quam paternæ erga eos qui syncero corde ipsi cogitant seruire, etiamsi in medijs hostium persequutionibus cõstituti fuerint. Instillare eis qui per tenebras hæresũ in vmbra mortis aberrant desiderium redeundi ad tritã iustitiæ semitam, pertinacibus verò ac periuris; munerum acceptatione corruptis, qui fidem, religionem, iustitiam, animas venales habent, impendentem Dei iram, huius & æternæ vitæ non intermorituram maledictionem interminari. Magistratui, & cuicunque qui alijs cum potestate præest persuasum esse, quod deuota & supplice ad Deum prece non minus quam humana industria & vigilantia commoda suorum subditorum promoturi sint. Denique vnumquemque acceptorum à Deo beneficiorum oportere gratã & assiduam memoriam habere. vt nimirum (præsertim tamen pro communibus & publicis beneficijs) gratiarum actiones & debitæ Deo laudes persoluantur, qua ratione fit vt in dies ad noua & potiora beneficia recipienda magis reddamur idonei. Jam verò ex his quæ recensuimus, nihil est, quod non in aliqua huius nostri qualiscunque demum laboris parte tractatum, & è sacrosanctæ scripturæ verbis productum inue-

Pietas in Magistratu ad publicã prosperitatẽ potior quam humana prudentia.

nias.

nias. Quod verò hinc inde certis quibuſdam pſalmorum ſententijs adiectæ ſint commẽtationes, vel ex D. Aug vel Card. Bell id bona ratione factum ſi legeris, aut contuleris, ipſe per te facilè animaduertes. Imprimis enim iſtis duobus potiſſimum vſus ſum, non quia vererer tali in opuſculo prolixã ex diuerſis congeriem oneroſam fore, ſed potius quod admodum congruere mihi videbatur, vt vtriuſq; horum pios affectus coniungerẽ, & conſiderandos proponerem; quos in ſimili negotio, & ad ſimiles effectus, ceu nouam quandam lucẽ Deus ipſe accendiſſet, & Eccleſiæ ſuæ propoſuiſſet. Quemadmodum enim omnes ſui temporis hæreſes, diuina & ſingularis eruditionis luce & vitæ continentis exemplo S. Auguſtinus confudit, & confutauit: ita hoc noſtro tempore tantam omnium propè hæreſum reſuſcitatam farraginem eiſdem armis Cardinal. Bellarm. ſuperauit. Deinde verò iucundum ſimul & vtile futurum arbitrabar tantorum Patrum prætenſam facem tutò ſequi, & velut propoſito paradigmate, eis, qui magis exercitatos ſenſus habent, occaſionem dare alijs ſimilia meditandi, & meditando ardentiorem in animis ſuis deuotionem excitandi. Denique vt tantò facilius animaduerteretur collectos pſalmorum verſiculos, ad propo-

Commẽtationes quales & quare adiunctæ.

S. Auguſt. qualis cõtra ſui & Card. Bellarm qualis contra noſtri tẽporis hæreticos.

 ſitum

ſitum noſtrum non reluctantes & per capillum, quod aiunt, attractos, ſed genuino ſenſu & ſponte ſua quodammodo confluxiſſe.

Quod itaque ſupereſt beneuolum lectorem obteſtor ne hoc qualicunque labore noſtro; alio affectu vti ac frui velit quam quo procuſus eſt: ſimplice nimirum & recto, qualem in Apoſtolo mihi propoſitum ſenſi cum ad Timotheum 1. c. 2. ita ſcribit: Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & caſtitate. hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Saluatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus IESVS: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *cui laus honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*



PSAL-

PSALMVS PRIMVS.

REPRÆSENTATVR ac deploratur calamitas alicuius ciuitatis, aut reipublicæ, quæ ab hæreticâ fraude circumuenta premitur aut opprimitur.

3 1 
OMINE quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.

53 A 3 Alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsiuerunt animam meam: & nõ proposuerunt Deum ante conspectum suum.

17 46 Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, claudicauerunt à semitis suis.

16 B 10 Inimici animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt: os eorum locutum est superbiam.

16 11 Proijcientes me nunc, circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.

A 53. *S. August. De his alienis ait cum arguuntur, quod non modo non velint se Episcopo ostendere, sed ne ad Ecclesiam accedere, quod tunc nouo modo velint perdere genus sanctorum, & ab huius sæculi spe abstinentium.*

B 16. *Bellarm. Adipẽ concludere significat viscera claudere; ac per hoc: non misereri iuxta illud Ioannis:* Qui habuerit substantiã huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo. *1. Ioã. 3. Maluit propheta dicere adipẽ suum concluserunt; vt simul indicaret causã. Sicut enim adeps naturalis claudit viscera carnalia: ita multiplicatio opum facit superbè sapere, & cõtemnere proximos, & claudit viscera spiritualia.*

Circundederunt me ſicut apes: 117 12
& exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.

Circundederunt me vituli inul- 21 12
ti: tauri pingues obſederunt me.

Tempus faciendi Domine: diſ- 118 126
ſipauerunt legem tuam.

Populum tuum Domine humi- 93 C 5
liauerunt: & hæreditatem tuam ve- Deuter.
xauerunt.

Noui recenteſque venerunt, 32 17
quos non coluerunt patres eorum.

Irritauerunt Dominum in adin- 105 29
uentionibus ſuis: & multiplicata
eſt in eis ruina.

Commixti ſunt inter gentes: & 105 35
didicerunt opera eorum. Deuter.

Gens abſque conſilio eſt, & ſine 32 28
prudentia.

Citò fecerunt, obliti ſunt ope- 105 D 13
rum Domini: & non ſuſtinuerunt
conſilium eius.

Et obliti ſunt benefactorum eius: 77 11
& mirabilia eius quæ oſtendit eis.

C 93. Bellarm. Explicat Propheta iniuſtitiam quam operantur impij dum furere permittuntur, populum inquit, tuũ humiliauerunt, h. cœtum piorum qui propriè populus Dei eſt, à Deo electus, & ſegregatus, & Deo dedicatus, humiliauerunt affligentes; nec ſolum populum vexauerunt, ſed in perſonas miſerabiles, & omni auxilio deſtitutas, furorem ſuum præcipuè effuderunt.

D 105. Bellarm. Deus permittens illos ad tẽpus affligi, tentabat fidem & ſpem & dilectionem ipſorum, ſed ipſi non intelligentes cõſilium Dei murmurabãt: quaſi Deus curam illorum non gereret, aut eos iuuare non poſſet.

Non

77 42 Non sunt recordati manus eius, die qua redemit illos, de manu tribulantis.

105 44 Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

E 10 Vidi iniquitatem & contradictionem in Ciuitate. E 54. *August. Adhuc sanè reliquiæ sæuiunt istius Ciuitatis, adhuc contradicunt.*

54 11 Die ac nocte circundabat eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia.

105 40 Et iratus est furore Dominus: & abominatus est hæreditatem suam.

41 Et dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

77 61 Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.

105 43 Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sunt sub manibus eorum.

106 39 Et pauci facti sunt, & vexati sunt

à tribulatione malorum,& dolore.

Facti ſumus opprobrium vicinis 78 4
noſtris, ſubſannatio & illuſio his
qui in circuitu noſtro ſunt.

Oſtendiſti Domine populo tuo 59 F 3
dura: potaſti nos vino compun-
ctionis.

F 59. *Auguſtin. loco cōpunctionis legit ſtimulationis; Quid eſt ſtimulationis? Non peremptionis, non enim erat peremptio perdens, ſed medicina vrens.*

A facie iræ & indignationis tuæ: 101 11
quia eleuans alliſiſti nos.

Beati qui cuſtodiunt iudicium: 105 3
& faciunt iuſtitiam in omni tem-
pore.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Væ prouocatrix redempta Ciuitas.

℟. Non audiſti vocem, non ſuſcepiſti diſciplinam.

℣. In Domino non es confiſa,& ad Deum non appropinquaſti.

Ex Sophon. 3.

℟. Sapientia tua & ſcientia tua, decepit te.

℣. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius.

℟. Ir-

℟. Irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare.

Iſai. 47.

OREMVS.

Parce Domine parce populo tuo, vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis & corporis, vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuuante, vincamus.

Protector noſter, aſpice Deus, & fideles tuos ab infidelium defende periculis, vt ab omnibus perturbationibus ſemoti, liberis tibi mentibus ſeruiant, per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Ex Daniele Propheta cap. 9.

Propter temetipſum, inclina Deus, aurem tuam, & audi, & aperi ocu-

ri oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum, neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

Exaudi Domine: placare Domine, attende & fac ne moreris propter temetipsum Deus meus, quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum, Domine Deus noster. Qui viuis & regnas in secula seculorum. Amen.

A 105. Bellarm. *Visita nos per gratiam iustificationis, quæ est salus inchoata, & veluti semẽ salutis æternæ.* Salutare, *significat salutem & saluatorem. Vera enim salus siue inchoata per gratiam, siue cõsummata per gloriam nõ potest haberi nisi per Saluatorem IESVM Christum Dominum nostrum.*

PSALMVS SECVNDVS. *Psal. Vers.*

AGNOSCIT CVLPAM & deprecatur veniam.



MEMENTO nostri Domine in beneplacito populi tui: & visita nos in salutari tuo. 105 A 4

Domine Deus meus, in te spera- 7 1

ui, sal-

ui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me,& libera me.

16 1 Auribus percipe orationem me-
am: non in labijs doloſis.

16 9 Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum, qui me afflixerunt.

24 3 Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi,qui ſuſtinent te,nō confundentur.

26 9 Adiutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

5 Delictum meum cognitum tibi
feci, & iniuſtitiam meam non ab-
31 ſcondi.

6 Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

50 5 Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.

68 4 Deus tu ſcis inſipientiā meam:& delicta mea à te nō ſunt abſcondita.

B 37. Bellarm. Peccata quaſi pondus importabile grauāt humeros animæ, accedente præſertim poſt accepta beneficia ingratitudine. Ingratitudo enim erga Deū, præcipua cauſſa eſt grauitatis peccati Atque hæc eſt cauſſa cur ſenſum doloris, quem par eſſet, ex peccatis ſuis pauci percipiant. quia peccati magnitudinem pauci in ſtatera ſuæ conſiderationis appendunt.

Quoniam iniquitates meæ ſu- 37 B 5
pergreſſæ ſunt caput meum: & ſic-
ut onus graue grauatæ ſunt ſuper
me.

Propter nomen tuum propitia- 24 11
beris peccato meo: multum eſt e-
nim.

Delicta iuuentutis meę, & igno- 7
rantias, ne memineris.

Exitus aquarum deduxerunt o- 118 136
culi mei: quia non cuſtodierunt le-
gem tuam.

Erraui ſicut ouis quę perijt, quæ- 118 176
re ſeruum tuum: quia mandata tua
non ſum oblitus.

Vide humilitatem meam & la- 24 18
borem meum: & dimitte vniuerſa
delicta mea.

Adiutor meus eſto: ne derelin- 26 9
quas me, neque deſpicias me, Deus
ſalutaris meus.

Anima in anguſtijs, & ſpiritus Baruch 3 1
anxius clamat ad te: Domine audi,
& miſerere.

Quo-

37 C 19 Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.

163 6 Peccauimus cum Patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus.

78 8 Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

9 Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

129 3 Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

50 11 Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

12 D 5 Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in mortem: ne quando dicat inimicus, præualui aduersus eum.

38 9 Ab omnibus iniquitatibus meis

C 37. *Aug.* Cogitabo *legit. curam geram pro peccato meo. Ne securus sis dum confessus fueris: quasi semper paratus ad cõfitendum & cõmittẽdum peccatũ, sic pronuncia vt curam geras pro peccato tuo. Quid est curam gerere pro peccato tuo? curã gerere pro vulnere tuo quid diceres? nisi dabo operam vt sanetur: Hoc enim est curam gerere pro delicto, semper niti, semper intendere, semper studiosè & sedulò agere vt sanes peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatũ tuum, sed forte lacrymæ currũt & manus cessant. Fiant eleemosynæ, redimantur peccata, gaudeat indigẽs de dato suo, vt & tu gaudeas de dato Dei. Impleto tu indigentis inopiam, vt Deus impleat interiora tua. Hoc est curam geram pro peccato meo, faciã omnia quæcunque facienda sunt, ad abluendũ & sanandum peccatum meum.*

D 12. *Bellarm. Cum duobus modis liberetur homo à tentatio-*

 Psal. Vers.

nis molestia, vel per gratiam Dei fugato tentatore, vel per cõsensum in peccatum satiata libidine, petit liberari primo modo, ne forte cum suo maximo detrimento liberetur secundo modo, videlicet obdormiendo per consensum in peccatum ne glorietur diabolus à se victum seruum Dei quod etiã in iniuriam cederet Dei.

erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Verba iniquorum præualuerunt 64 4
super me: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Quia apud Dominum miseri- 129 7
cordia: & copiosa apud eum redemptio.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Audi Domine & miserere, quia Deus es misericors.

℟. Miserere nostri, quia peccauimus ante te.

℣. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum.

℟. Sed memento manus tuę & nominis tui.

Baruch 3.

℣. Auertatur ira tua & furor tuus.

Daniel. 9.

℟. A ciuitate tua Hierusalem & à monte sancto tuo.

℣. Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras.

℟. Ipse

℟. Ipſe liberabit nos propter miſericordiam ſuam.

Tob. 13.

OREMVS.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

Gratiam Spiritus ſancti, Domine Deus, cordibus noſtris clementer infunde, quæ nos gemitibus lacrymarum efficiat maculas noſtrorum diluere peccatorum, atque optatæ nobis, te largiente, indulgentiæ præſtet effectum.

Deus, qui ſperantibus in te miſereri potius eligis quam iraſci, da nobis dignè flere mala quæ fecimus, vt tuæ conſolationis gratiam inuenire mereamur.

Ex oratione Danielis Prophetæ cap. 9.

Obſecro Domine Deus, magne & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua, peccauimus; iniquitatem fecimus, impiè egimus, & receſſimus, & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. non obediuimus ſeruis tuis — qui locuti ſunt in nomine tuo — Tibi Domine iuſtitia; nobis autem confuſio faciei — Tibi Domine Deo noſtrò miſericordia & propitiatio.

Ex eodem.

Iuſtus Dominus Deus noſter in omnibus operibus ſuis quæ fecit, non enim audiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noſter, qui eduxiſti populum tuùm de terra Ægypti in manu forti, & feciſti tibi nomen ſecundùm diem hanc: peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnem iuſtitiam tuam

auer-

auertatur, obſecro, ira tua, & furor tuus à ciuitate tua — propter peccata enim noſtra, & iniquitates patrum noſtrorum — populus tuus in opprobrium eſt per circuitum noſtrum.

Nunc ergò exaudi, Deus noſter, orationem noſtram — & oſtende faciem tuam, qui es benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Pſal. Verſ.

PSALMVS TERTIVS.

REPRÆSENTAT CONciliabula Hæreticorum contra Catholicos.

1 1 A
BEATVS vir qui non abijt in concilium impiorum, & in via peccatorum nõ ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. A 1. Auguſt. Cathedra peſtilentiæ accommodatius accipitur: perniciosa doctrina cuius ſermo vt cancer ſerpit. 2. Timoth. 2.

20 12
Quoniam declinauerunt *in plebem Catholicam*, mala cogitauerunt concilia, quæ non potuerunt ſtabilire.

Psal. Vers.

Scrutati ſunt iniquitates, defe- 63 7
cerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Et qui inquirebant mala *Eccleſiæ* 37 13
Sanctorum locuti ſunt vanitates, &
dolos tota die meditabantur.

Dirumpamus (aiunt) vincula eo- 2 3
rum, & proijciamus à nobis iugum
ipſorum.

Qui habitat in cœlis irridebit 2 4
eos: & Dominus ſubſannabit eos.

B 32. Auguſt. Quandò dixerunt tollamus eos de terra, non erit nomen Chriſtianum ſi hoc fecerimus, ſi occidantur, ſi torqueantur, ſi talia & talia illis infligantur, dicta ſunt hæc; & inter talia creuit Eccleſia.

Dominus diſſipat conſilia gen- 32 B. 10
tium, reprobat autem cogitationes
populorum, & reprobat conſilia
principum.

Quoniam non eſt in ore eorum 5 10
veritas, cor eorum vanum eſt.

Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad 12 2
proximum ſuum, labia doloſa in
corde & corde locuti ſunt.

Dixit inimicus perſequar & com- 15 Exo. 9
prehendam, diuidam ſpolia, imple-
bitur anima mea.

Euaginabo gladium meum; in- 9
terficiet eos anima mea.

Iniqui-

35 C 5 Iniquitatem *hanc* meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam non odiuit.

25 4 *Ego verò* non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo.

5 Odiui Ecclesiam malignantium, & cùm impijs non sedebo.

140 D 4 Cùm hominibus operantibus iniquitatem; & non communicabo cum electis eorum.

15 9 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Væ qui profundi estis corde.

℟. Et à Domino absconditis consilium.

℣. Quorum in tenebris sunt opera.

℟. Et dicunt quis videt nos.

℣. Homo apostata & prauo corde.

C 35. *Bellarm. Opera & verba iniqua non casu aut imprudenter patrauit vel effudit, sed in secreto cubilis sui multo ante meditatus est — Et quia corrupta est eius voluntas ideò malitiam non odiuit sed amauit potius.*

D 140. *August. Manichæi vsurpant sibi nomen* Electorū, *& familiariter sibi applicant — Sed vis (ô infande falsi Electe) defendere peccatum tuum, vt quando aliquid mali feceris non tu fecisse videaris.*

℟. Machinatur ſcandalum, & iurgia ſeminat.

℣. Fatuus fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem.

℟. Vt perficiat ſimulationem, & loquatur fraudulenter.

Iſa. 32.

OREMVS.

ASceđant ad te, Domine, preces noſtræ: & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam.

Defende quæſumus Domine: Beata Maria Virgine intercedente: iſtam ab omni aduerſitate familiam, & toto tibi corde proſtratam, ab hoſtium propitius tuere clementer inſidijs.

Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, te ſupplices exoramus vt noxia cuncta ſubmoueas; & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, &c.

PSAL-

PSALMVS QVARTVS.

DEPINGIT CLANdestinas Consistoriantium Machinationes.

1 
RIPE me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.

139 A 2 Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.

B 4 Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum Aspidum sub labijs eorum.

27 C 3 Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

10 D 2 Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagit-

A 139. *Aug. Si seditio, si schisma, si hæresis, si cōtradictio turbulenta, non hoc erupit: nisi de illis cogitationibus quæ tegebantur, & quando labia loquebātur bona, tota die cōstituebant prælia. Pacata audis verba, sed belli cōstitutio à cordib⁹ nō discedit.*

B 4. *Bell. Hoc est alterū malū quod patimur ab inimicis, malū verborū videlicet: calumniarum, detractionū, conuiciorum, fraudum, & aliorum id genus malorum. potest etiam per linguā serpentum, intelligi prædicatio hæreticorum, quæ molliter serpit, sed lethale virus inspirat, & occidit.*

C 27. *Chrys. in c. 13. Matth. homil. 47. Quando semē bonum germinauit fœnū, & fecit fructum, tunc apparuerunt zizani, i. per hæc verba diligenter Christus Dominus hæreticorum figmenta descripsit. Id certè moris est apud hæreticos vt obumbrent se ipsos atque occultent in principijs, quousque maiorem fiduciam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuentur, tum enim contagiosa venena intrepidè effundunt.*

D *Hieron. in c. 22. Isa. Migrauerunt omnes hæreticorum principes ad synagogam satanæ à Christi Ecclesia vt transierunt simul discordes in per[illegible], in transitu concordes, & ligati sunt ab arcu de quo in psalmo scriptum est, ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, & mittant ignita diaboli iacula quæ vulnerent pariter & ligent. Ideoque durè ligati sunt, quia obdurauerunt aures suas, sicut aspides surdæ.*

tas ſuas in pharetra, vt ſagittent in
obſcuro rectos corde.

Ore ſuo pacificè loquebantur,& 34 20
in iracundiâ terræ loquentes dolos
cogitabant.

Narrauerunt vt abſconderent la- 63 5
queos: dixerunt; quis videbit eos?

Veruntamen vani filij hominum, 61 E 9
mendaces filij hominum in ſtateris:
vt decipiant ipſi de vanitate in id-
ipſum.

E. 61. Bellar. Per ſtateras iudicium rectæ rationis quod nobis à Deo datum eſt (vt obſeruat S. Baſilius) intelligitur, vt diſcernamus & quaſi in ſtatera appendamus vera bona, & vera mala, apparentia bona, & apparentia mala, vt eligamus vera bona, & vitemus vera mala. Porrò maxima pars hominum mentitur ſibi & alijs, decipitq; ſe & alios, vtens ſtateris doloſis, iuxta illud: video meliora, proboque; deteriora ſequor.

Filij hominum vſquequo graui 4 3
corde, vt quid diligitis vanitatem &
quæritis mendacium?

Etenim in corde iniquitates ope- 57 3
ramini, in terra iniuſtitias manus ve-
ſtræ concinnant.

Nolite ſperare in iniquitate, quo- 7 A 6 6 11
niam Deus Iudex eſt.

In laqueo iſto quem abſconde- 9 16
runt: comprehenſus eſt pes eorum.

Erubeſcant impij, & deducantur 30 18
in infernum, muta fiant labia do-
loſa.

Propter

9 33 Propter quid irritauit impius
Deum? dixit enim in corde suo:
Non requiret.
35 3 Verba oris eius iniquitas & dolus,
noluit intelligere vt bene ageret.
7 15 Ecce parturijt iniustitiam, concepit
dolorẽ: & peperit iniquitatem.
9 F 30 Oculi eius in pauperem respiciunt,
insidiatur in abscondito quasi
Leo in spelunca sua.
54 22 Molliti sunt sermones eius super
oleum, & ipsi sunt iacula.
16 Lacum aperuit, & effodit eum:
7 & incidit in foueam quam fecit.
17 Conuertetur Dolor eius in caput
eius: & in verticem eius iniquitas
G eius descendet.
138 H 12 Quia tenebrę non obscurabuntur
à te, & nox sicut dies illuminabitur:
sicut tenebrę eius, ita & lumen eius.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Qui operit odium fraudulenter.
℟. Reuelabitur malitia eius in concilio. *Prouerb. 26.*

F 9. *Aug. Leonem in cubili dicit eum in quo & vis & dolus operabitur. Prima enim persequutio Ecclesiæ violenta fuit, cum proscriptionibus, tormentis, cædibus; Christiani ad sacrificandum cogerentur. Altera persequutio fraudulenta, nunc per huiuscemodi falsos fratres & hæreticos agitur. Tertia superest per Antichristum ventura, qua nihil est periculosius, quoniam & violenta, & fraudulenta erit.*

G 7. *Aug. Ipse (nimirum impius & dolosus) inferior erit, vt iniquitas eius sit superior, & in illum descendat, quia grauat illum & onerat, & ad requiem sanctorũ reuolare non sinit. Hoc fit, cum in homine peruerso, seruit ratio & libido dominatur.*

H *Hieron. in cap. 29. Isa. Idcirco arbitrantur Deum sua nescire consilia, quia in tenebris sunt opera eorum & dicunt: Quis videt nos? & quis nouit nos? Hæc autem di-*

cunt ſapientes huius ſeculi: & hæreticorũ magiſtri, & Iudæorũ phariſæi: quod nullus eos intelliget non recordantes eius quod ad eum dicitur: Tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: & ſicut tenebræ eius, ita & lux eius.

℣. Inuenti ſunt in populo impij: inſidiantes quaſi aucupes.

℟. Laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros.

Hier. 5.

℣. Conſilium peſſimorum iniqua cogitabit.

℟. Interficere humiles ſermonibus iniquis.

Iſa. 32. ſecundùm 70.

℣. Qui ſophiſticè loquitur odibilis eſt.

℟. Non eſt illi data à Deo gratia.

Eccl. 37.

℣. Quãdo ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei.

℟. Quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.

Prouerb. 26.

OREMVS.

DA quæſumus, Domine, populo tuo diabolica vitare contagia, & te ſolum Deum, pura mente ſectari.

Cuſtodi quęſumus, Domine, Eccleſiam tuam propitiatione perpe-

tua,

tua, & quia ſine te labitur humana mortalitas, tuis ſemper auxilijs & abſtrahatur à noxijs, & ad ſalutaria dirigatur.

Deus auctor pacis & amator: quem noſſe, viuere, cui ſeruire, regnare eſt: protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos, vt qui in tua defenſione confidimus, nullius hoſtilitatis arma timeamus.

Pſal. Verſ.

PSALMVS QVINTVS.

REPREHENDIT HÆreticorum arrogantiam, contumelias, calumnias, blaſphemias, &c.

17 PECCATORI dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas: & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?

49 18 Tu verò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos retrorſum.

A 49. Aug. Fac quod tibi minatur facere Deus. Tolle te à tergo tuo, vbi te videre non vis, dissimulās à factis tuis, & cōstitue te ante te. Ascēde tribunal mentis tuæ, esto tibi Iudex, torqueat te timor, erumpat à te cōfessio, & dic Deo tuo: Quoniā iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum ante me est semper. Quod erat post te, fiat ante te; Ne tu ipse postea à Deo iudice tuo, fias ante te, & non sit quo fugias à te.

B 72. Aug. Attēde illos superbos, indisciplinatos, attende tantum deuotū victimæ, permissum errare liberè, & vastare quæ potest, vsque in diem occisionis.

C 7. vers. Aug. Correptoribus suis inimicitias indicunt, & fiunt inimici verū dicētibus iam sueti palpari verbis adulātiū, aure molli, corde non sano. Quis dicit diuiti: male fecisti recipiēdo æs alienū? Quid respondet? Totum in contemptu Dei loquitur, quare? quia superbus est, quare? quia

Existimasti iniquè quod ero tui 21
similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Tota die iniustitiam cogitauit A 2
lingua tua, sicut nouacula acuta, fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super beni- 51 3
gnitatem, iniquitatē magis, quàm loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba pręcipita- 4
tionis, lingua dolosa.

Vsquequo Deus improperabit 73 11
inimicus? irritat aduersarius nomen tuum in finem.

Exurge Deus, iudica causam 73 23
tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Quoniam in labore hominum 72 5
non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideò tenuit eos superbia, operti B 6
sunt iniquitate, & impietate sua.

Prodijt quasi ex adipe iniquitas C 7

eorum:

eorum: tranſierunt in affectum
cordis.
8 Cogitauerunt & locuti ſunt ne-
quitiam: iniquitatem in excelſo lo-
cuti ſunt.
72 D 9 Poſuerunt in cœlo os ſuum, &
lingua eorum tranſiuit in terra.
73 8 Dixerunt in corde ſuo cognatio
eorum ſimul, quieſcere faciamus
omnes dies feſtos Dei à terra.
143 8 Os eorum, locutum eſt vanita-
tem, & dextra eorum dextera ini-
quitatis.
36 E 14 Gladium euaginauerunt: — in-
tenderunt arcum ſuum.
14 Vt deijciant pauperem & ino-
pem; vt trucident rectos corde.
5 11 Sepulchrum patens eſt guttur
eorum: linguis ſuis doloſè agebant,
iudica illos Deus.
10 7 Tu *enim* interrogas iuſtum &
impium: qui autem diligit iniqui-
tatem, odit animam ſuam.
9 26 Non eſt Deus in conſpectu ſuo,

pinguis eſt, quare? qa deuotus ad victimam eſt, prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ. D Hieron. in c. 32. Ezechiel. Omnes qui Chriſti humilitate cõtempta diaboli aſcendêre ſuperbiã, & falſi nominis ſcientia aliquid eſſe æſtimauerunt. AElamitæ ſunt nuncupandi: (nimirũ ab aſcenſu) AElam enim intra linguã noſtram vertitur: aſcenſus eorũ: — Et licet in excelſo poſuerint os ſuum, tamẽ deſcenderunt immundi & incircumciſi ad terram vltimam, vt quanto ſublimius fuerant eleuati, tanto fortius caderent. Iſti poſuerunt terrorem ſuum nõ ſemel, ſed ſecũdo in terra viuentium. Quis enim Eccleſiaſticorum ab eiuſmodi AElamitarũ terrore ſecurus eſt, & nõ aliquem ſui perdidit gregis? Pulcreq; Eccleſia Chriſti appellatur terra viuẽtiũ, vt è cõtrario hæreticorum cõciliabula; mortuorum terra, eſſe creduntur.

E 36. Bellarm. Obſeruandum poſſe hoc intelligi, tum de ar-

cu & gladio lingua. Sæpe enim peccatores occidunt iuſtos, vel certè conantur occidere calumnijs & falſis teſtimonijs, ſæpe etiam vero gladio & arcu.

inquinatæ ſunt viæ illius: in omni tempore.

Maledictione os eius plenum eſt, 28
& amaritudine & dolo; ſub lingua eius labor & dolor.

Nihil proficiat inimicus in no- 88 23
bis: & filius iniquitatis, non apponat nocere nobis.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Docuit iniquitas os tuum.

℟. Et imitaris linguam blaſphemantium.

Iob 15.

℣. Acceſſiſti malignè ad Dominũ.

℟ Et cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

Eccl. 1.

℣. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus.

℟. Qui profert contumeliam: inſipiens eſt.

Prouerb. 10.

OREMVS.

HOſtium noſtrorum quęſumus, Domine, elide ſuperbiam, &

eorum

eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute, prosterne.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus: dignare preces & hostias dicatæ tibi plebis suscipere, vt pax tua pietate concessa Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos.

Omnipotẽs & misericors Deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude, vt mente & corpore pariter expediti quæ tua sunt liberis mentibus exequamur. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, &c.

Psal. Vers.

PSALMVS SEXTVS.

REDARGVIT ADVERsariorum Ecclesiæ impudentem mentiendi libidinem.



118 85 NARRAVERVNT mihi iniqui
A fabulationes, sed non vt
lex tua.
115 2 *Ideò* dixi in excessu

A 118. August. Habet eas fabulationes, & hæreticorũ vana atque errabunda loquacitas, hos omnes iniquos intelligi voluit, à quibus narratas sibi dicit ἀδολεσχίας, id est, exercitationes delectabiles verbis. Sed non (inquit) vt lex tua Domine, quia me in ea veritas, non verba delectant.

 Psal. Vers.

mentis meæ omnis *Caluinista* mendax.

Quoniam non est in ore eorum 5 10
veritas, cor eorum vanum est.

Corrupti sunt & abominabiles 52 2
facti sunt in iniquitatibus, non est
qui faciat bonum.

Alienati sunt — à vulua, errauerunt 57 B 4
ab vtero, locuti sunt falsa.

Ecce loquentur in ore suo, & 58 C 8
gladius in labijs eorum: quoniam
quis audiuit?

Exacuerũt vt gladiũ linguas suas, 6 4
intenderunt arcum rem amaram: vt
sagittent in occultis immaculatum. 5

Subitò sagittabunt eum, & non 63 6
timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.

Os eorum abundauit malitia, & 49 19
lingua concinnabat dolos.

Appropinquauerũt persequẽtes 118 150
me iniq̃tati: à lege aũt lõgè facti sũt.

De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ. 32

B 57. *Aug. in ventre Ecclesiæ veritas manet quisquis ab hoc ventre Ecclesiæ separatus fuerit, necesse est vt falsa loquatur; Necesse est inquã vt falsa loquatur, quia aut concipi nolunt, aut quem cõceptum; mater excessit.*

C 58. *Bellarm. Verba malignantium gladio & sagittis comparantur: quoniam gladius de proximo ferit & præsentẽ. Sagitta lõgè positum & absentem vulnerat.*

32 Deuter. 32 Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi.

D 33 Fel, Draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.

49 E 20 Sedentes aduersus fratrem suum loquebãtur, & aduersus filium matris suæ, ponebant scandalum.

13 Dixerunt enim percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Isa. 28.

15 Flagellum inundans cùm venerit: non veniet super nos, Quia posuimus mendacium spem nostram & mendacio protecti sumus.

4 3 Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium.

28 Isa. 18 Pactum vestrum cum inferno non stabit, flagellum cum transierit, eritis in conculcationem.

91 8 Vt intereatis in sæculum sæculi: Tu autem altissimus in æternum Domine.

26 F 12 Ne tradideris me in animas tribulan-

D Deut. 32. Chrysost. homil. 47. in Matth. Postquam cultus seminatusque sic ager fuerat, vt nulla re opus esse videretur, tũc tandẽ diabolus per hereticos zizania seminat, qui non alia de re quàm inani commoti gloria, perniciosum venenum effuderunt.

E 49. Bellarm. Sedẽs otioso & pacato animo, & studiose & lõgo tempore detrahebas fratri, & aduersus eundem scãdalum ponebas calũnias struendo vnde ille offenderetur, & ruinæ occasionem haberet.

F 26. Aug. Si sæuiant quãtum voluerint, & conẽtur impedire cursus meos, non tu tamen me des in animas eorum, nõ consentiendo voluntatibus eorũ, remanebo ego & permanebo in veritate tua; & mẽtietur iniquitas non mihi, sed sibi.

bulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnauit.

℟. Ad perdendos mites in sermone mendacij.

Isa. 32.

℣. Lingua fallax non amat veritatem.

℟. Os lubricum operatur ruinas.

Prouerb. 26.

℣. Opprobrium nequam; in homine mendacium.

℟. In ore disciplinatorũ assiduè erit.

℣. Semen adulteri & fornicariæ; super quem lusistis?

℟. Nunquid non vos filij scelesti semen mendax.

Isa. 57.

OREMVS.

EXaudi de cœlo, Domine, & de sublimi habitaculo tuo, & pro-

pitia-

pitiare, & redde vnicuique iuxta vias suas quas nosti eum habere in corde suo, tu enim solus nosti corda filiorum hominum, vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt.

Ex 2. Paralip. 6.

Domine Deus Israel non est similis tui in coelo, & in terra, tu audies de coelo, & facies iudiciũ seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secundùm iustitiam suam.

Ex eodem.

Domine Deus Israel, imple seruo tuo (Isaiæ Prophetæ fideli) quæcunque locutus es ei dicens: ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensurâ, & subuertet grando spem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt, & quia tantummodò sola vexatio intellectum dabit auditui, succidantur qui vigilabant super iniquitate, qui peccare

faciebant homines in verbo mendacij, vt veritas tua clarificetur in nobis, & exaltetur nomen tuum, quod est benedictum in secula seculorum. Amen.

Ex 2. Paralip. 6. Ex Isaia 28. & 29.

PSALMVS SEPTIMVS. | *Psal.* | *Vers.*

COMMEMORAT eorundem insolentes & seditiosos furores.



ECCE inimici tui Domine sonauerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput. 82 2

Furor illis secundùm similitudinem serpentis, & sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas. 57 A 5

Dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. 56 B 5

Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. 13 5

A 57. *Aug. Prædicata est veritas in visceribus matris* .h. Ecclesię, *acta sunt eorũ* .h. hæreticorũ Donatistarũ *mẽdacia. Fatefactum est quod lucet, demõstrata est ciuitas super montẽ cõstituta, quæ abscondi non potest, & lucerna posita est super cãdelabrum quæ lucet omnib⁹ qui in domo sunt. Vbi enim latet Ecclesia Christi? vbi latet veritas Christi? Nõne ipse est mons qui creuit ex minimo lapide. & impleuit vniuersã faciẽ terræ? Cõuincũtur hinc; non habent quod dicãt cõtra Ecclesiã. Quid eis remãsit?* .h. hæreticis ad respondendũ. *Quid nos quæritis, quid nos vultis, dicũt. Recedite à nobis; sed & suis dicunt: nemo cũ illis loquatur, nemo illis coniungatur: nemo illos audiat. Indignatio eorum sicut indignatio serpentis, sicut aspidis surdæ.*

B *Hieronym. in c. 32. Ezech. Qui hæreticorum principes extiterant, ad tantum mali a peru.nere cul-*

Dixe-

11 4 Dixerunt linguam noſtram ma-
gnificabimus: Labia noſtra à nobis
ſunt, quis noſter Dominus eſt?

13 6 Os eorum maledictione & ama-
C ritudine plenum eſt: veloces pedes
eorum ad effundēdum ſanguinem.

11 1 Saluũ me fac Domine quoniam
defecit ſanctus; quoniam diminutę
ſunt veritates à filijs hominum.

48 21 Cum in honore eſſent non intel-
lexerunt, cōparati ſunt iumentis in-
ſipientibus, & ſimiles facti ſunt illis.

13 Circundederunt *enim* me ſicut
vituli multi: & tanquam tauri pin-
gues obſederunt me.

21 14 Aperuerunt ſuper me os ſuum
ſicut leo rapiens, & rugiens.

17 Circundederunt me velut canes
multi: conſilium malignantium
obſedit me.

21 18 Conſiderauerunt & inſpexerunt
domum *alienam*, & diuiſerunt ſibi
veſtimenta, — & ſuper veſtem mi-
ſerunt ſortem.

men atque cruciatū, vt nec cum fortib⁹ atque gigantibus, qui à principio corruerunt, ſimilia mereātur ferre ſupplicia; qui nequaquam erroris ſui acta pœnitentia deſcenderunt ad inferos cum armis ſuis rebelles contra Deum & Eccleſiam eius. ſecum arma deferentes, de quibus ſcriptum eſt: Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ.

C 13. *Aug. in Pſalm. 55. Eſt modus effundendi ſanguinem ſine ſanguinis effuſione. Qui enim ſe ſeparauerunt ab vnitate, & animas ſeducendo interimunt, ſpiritualiter nō carnaliter ſanguinem fundunt.*

Quasi in sylua lignorum securi- 73 6
bus exciderunt ianuas eius, in id-
ipsum: in securi & ascia deiecerunt
eam.

Exterminauerunt eam *tanquam* 79 14
aper de silua: & *quasi* singularis fe-
rus depasti sunt eam.

Vidisti Domine, ne sileas: —ne 34 22
dicant deuorauimus eum. D 25

Erubescant & reuereantur simul E 26
qui gratulantur malis meis.

Exultent & lætentur qui volunt 34 27
iustitiam meam: & dicant semper,
Magnificetur Dominus, qui vo- F
lunt pacem serui eius.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Non te extollas in cogitatione
animæ tuæ velut taurus.

℟. Ne fortè elidatur virtus tua per
stultitiam.

Eccl.6.

℣. Sperastis in calũnia & tumultu.

Isa. 30.

℟. Subitò dum non speratur; ve-
niet contritio eius.

℣. Ani-

D 34. *Augustin. Non quando persequuntur te, ab his absorberis, sed quando tibi persuadent quod sunt: Illi enim si tibi persuaserint impietatẽ, absorberis ab eis.*

E 34. *Bellarm. Ne poßint iactare persequutores, me ab eis quasi à leonibus deuoratum, sed contra potius amissa spe victoriæ, erubescant & verecundẽtur, qui nunc spe victoriæ gratulantur sibi de malis meis. Nec solum leuiter erubescant, sed toti induantur confusione, qui magnificè iactabant potentiam suam super me.*

F 34. *Augustin. legit tota die pro semper: Tota die laudare Deum quis durat? Suggero remedium vnde tota die laudes Deum si vis: Quidquid egeris, benè age, & laudasti Deum.*

℣. Anima impij desiderat malum.

Prouerb.21.

℟. Homines pestilentes dissipant ciuitatem.

Prouerb. 29.

OREMVS.

DA quæsumus Ecclesiæ tuę, Deus, vt Spiritu sancto congregata, hostili nullatenus incursione turbetur.

Excita quæsumus Domine potentiam tuam, & veni, vt *à violentis hæreticorum furoribus* te mereamur protegente eripi, te liberante saluari.

Deus qui superbis resistis, & gratiam præbes humilibus, concede nobis veræ humilitatis virtutem, cuius in se formam fidelibus vnigenitus tuus exhibuit, vt nunquam indignationem tuam prouocemus elati. Sed potius gratiæ tuę dona capiamus subiecti.

PSALMVS OCTAVVS ET NONVS.

OPPONIT SVPRA *recensitis flagitijs patientiam, modestiam, pietatem populi Catholici.*



OMINE quis habitabit 14 1
in tabernaculo tuo? aut
quis requiescet in monte sancto tuo?

Innocens manibus, & mundo 23 4
corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Qui loquitur veritatem in corde 3
suo: qui non egit dolũ in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, 14 A 4
& opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Qui iurat proximo suo & non B 6
decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit.

Hic accipiet benedictionem à 23 5

A 14. *August. Opprobrium non accipere aduersus proximos suos: est, non temerè credere criminatori.*

B 14. *Aug. Ista sunt non magna, sed qui nec ista potest, multo minus potest loqui veritatem in corde suo, & non dolum agere in lingua sua.*

Do-

Domino, & misericordiam à Deo
salutari suo.
23 6 Hæc est generatio quærentium
Dominũ, quęrẽtiũ faciẽ Dei Iacob.
Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS NONVS.

25 9 NE perdas *cum* impijs Deus a-
nimam meam: & cum viris
sanguinum vitam meam.
Ego enim in innocentia mea in-
gressus sum: redime me, & miserere
mei.
11 8 Impij in circuitu ambulant: —
25 12 A pes autem meus stetit in directo: in
Ecclesijs, benedicam te Domine.
24 21 Innocentes & recti adhæserunt
mihi, quia sustinui te.
B 2 Perambulabam in innocentia
cordis mei: in medio domus meæ.
100 3 Non proponebam ante oculos
C meos rem iniustam: facientes præ-
uaricationes odiui.
4 Nõ adhęsit mihi cor prauũ: decli-
nãtẽ à me malignũ nõ cognoscebã.

A 25. *August. hoc est in Ecclesiis benedicere Dominum, sic viuere, vt per mores cuiusque benedicatur Deus.*

B 100. *Aug Quid est innocentem esse? Duobus modis nocet homo quantum in ipso est: aut faciendo miseros, aut deserendo miserum; Quis est qui facit miseros? qui infert violentiam vel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur.*

C 100. *Aug. Hominem Deus fecit, præuaricatorem se homo fecit. Ama in illo quod Deus fecit. persequere in illo quod ipse sibi fecit. cum enim persequutus fueris præuaricationem eius occidis quod homo fecit: & liberatur quod Deus fecit.*

Detrahentem ſecretò proximo 160 5
ſuo, hunc perſequebar.

Feci iudicium & iuſtitiam, non 118 121
tradas me calumniantibus me.

Pro eo enim vt me diligerent, de- 108 4
trahebāt mihi, ego autem orabam.

Reſpondebo exprobrantibus mi- 118 42
hi verbum, quia ſperaui in ſermoni-
bus tuis.

Nónne qui oderunt te Domi- 21
ne oderam? & ſuper inimicos tuos
tabeſcebam?

Perfectò odio oderam illos, & 138 D 22
inimici facti ſunt mihi.

Me expectauerunt peccatores vt 118 95
perderent me, teſtimonia tua intel-
lexi.

Cum his qui oderunt me, eram 119 7
pacificus: cùm loquebar illis, impu-
gnabant me gratis.

D 138. *Cyril. Alexād. homil. 3. in qua Ioan. Antioch. Neſtorio tūc fauentem exagitat: Hoſtem proſtratū. h.* hæreſiarcham Neſtorium, *linguamq́; blaſphemā repreſſam, & punitam vidiſti; & doluiſti.* Dic quæſo: *quam ob cauſſam? Quod Chriſtus vicit, quod contra aduerſarios inualuit, quod obmutuit os grandiloquum, quod ſedatus eſt morbus qui inter filios Eccleſiæ graſſabatur. Verùm ſatius fuerit nobiſcum viriliter agere, & cum Dauide dicere: Nonne qui oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebā. iuſto odio oderam illos, & inimici facti ſunt mihi. Verùm horum nulla tibi prorſus eſt ratio, ſed è contra eos qui vicerunt iaculo petis, & inuidentiæ telis vulnerare conaris, quos potius admirari debebas. paullò poſt: Tametſi externis armis teipſum circundans: Bellum aduerſus Eccleſiam Domini moliris. Arma tamen noſtra non ſunt carnalia, ſed potētia Deo ad deſtructionem munitionum. Inuenies autem Chriſti milites, eis, qui tecum ſunt, fortiores, ſcutum fidei & animi ſpontanei arma: h. Chriſtum habent, habent thoracē iuſtitiæ, galeam ſalutis & gladiū ſpiritus. Itaq; etiamſi audax & vehemens, multoq́; faſtu incedas, & ad morē iactabūdi Goliath Barbarica cōtra nos arrogātia, & inſolētia intumeſcas, vincet tamē Chriſtus, vincet per pios ſatellites ſuos ſicut Dauid.*

Multi-

118 E 69 Multiplicata est super me iniqui-
tas superborum: ego autem in to-
to corde meo scrutabar mandata
tua.

13 Et cùm mihi molesti essent, in-
duebam me cilicio.

34 F 13 Humiliabam in ieiunio animam
meam: & oratio mea in sinu meo
conuertetur.

61 9 Veruntamen vani filij hominum
4 — ore suo benedicebant: & corde
suo maledicebant.

14 Ego autem tanquam surdus non
audiebam: & sicut mutus non ape-
riens suum.

37 G 15 Et factus sum sicut homo non
audiens: & non habens in ore suo
redargutiones.

38 2 Posui ori meo custodiam, cùm
consisteret peccator aduersum me.

32 28 Mihi *enim* adhærere Deo bo-
num est: & ponere in Domino Deo
spem meam.

Gloria Patri & Filio, &c.

E 118. *Bellar. Superbi prauaricatores, multiplicarunt super me mẽdacia sua, vt me ad trãsgressionẽ inducerẽt, vnde prudẽtia donũ mihi necessarium fuit: quo dono adiutꝰ, in toto corde meo scrutabor mandata tua.*

F 34. *Aug. Admonemur in omni tribulatione nostra, non cogitare quemadmodum respondeamus inimicis nostris, sed quẽadmodum orãdo Deũ propitiemus; & maximè ne tentatione vincamur. Deinde vt etiam illi, qui nos persequũtur, ad sanitatem iustitiæ conuertantur. Nullũ maius, nullum melius negotiũ est in tribulatione, quam recedere ab eo strepitu qui foris est, & ire in interiora mẽtis secretaria, ibi Deũ inuocare vbi nemo videt gemẽtem & subuenientẽ. Illius cubiculi aduersarius oẽm extrinsecus illatã molestiam ostiũ claudere, humiliare seipsum in cõfessione peccati, magnificare & laudare Deum, & corripientem, & consulentem.*

G 37. *Aug. Si fortè incurrerit tibi tribu-*

latio: quæris te defendere, & fortè nemo accipit defensionem tuam, iam tu perturbaris quasi perdideris caussam tuam quia nullius habes defensionem aut testimoniū. custodi intus innocentiam tuam, noli timere nisi caussam tuam, si caussam malam non habueris nullum accusatorem pertimesces, nullum falsum testem refelles.

℣. Maledicimur & benedicimus. *1.Corint.4.*

℟. Persequutionem patimur & sustinemus.

℣. Traducēt impios ex aduerso iniquitates eorum. *Sapient.4.*

℟. Condemnat iustus mortuus viuos impios.

℣. Cor nequam grauabitur doloribus. *Eccl.3.*

℟. Cor sapiens in operibus iustitiæ successus habebit.

℣. Pij sapientiam cogitabunt.

℟. Et hoc consilium permanet. *Isa. 32. secundùm 70.*

OREMVS.

DA nobis, quæsumus, Domine perseuerantem in tua voluntate famulatum, vt in diebus nostris vt merito & numero populus tibi seruiens augeatur.

Sancti nominis tui, Domine, timorem pariter, & amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam

tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis.

Concede nobis, Domine, præſidia ſpiritualis militię, ſanctis confirmare deſiderijs, vt contra diabolicas hæreticorum pugnaturi nequitias, internæ pietatis muniamur auxilijs.

Pſal. Verſ.

PSALMVS DECIMVS ET VNDECIMVS.

SOLATVR CATHOLICOS ſeditione aut violentia hæreticorum oppreſſos.

19 1 EXAVDIAT te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

5 Tribuat tibi ſecundũ cor tuum, & omne conſilium tuum confirmet.

30 A 25 Viriliter agite, cõfortetur cor veſtrum, oẽs qui ſperatis in Domino.

36 11 Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

A 30. Cyrill. Alexãd. in Cõcil. Epheſ. Tom. 6. cap. 12. ita Patres eius conſil. monet & cõſolatur. Beat⁹ Propheta Dauid eos, qui ſpem ſuam in Deũ defixã habẽt, ad cõſtantiam inflammãs, ait: viriliter agite & cõfortetur cor veſtrum, oẽs ſperãtes in Dominum. Etenim vt amœniſsimi cuiuſque horti plantæ vberrimis aquarum fluentis irrigatæ paulatim creſcunt, creſcenteſq́ in ſummam tãdem proceritatem eriguntur: ita animus humanus Spiritus ſancti conſolationib⁹ firmatus, cõfortatur in pietate, cõſirmatur in fide, & tãdem infractam acquirit patiẽtiam. quã S. Paulus inter alias virtutes potiſsimum demiratur. ſcribit enim: Non ſolum aũt: ſed & gloriamur in tribulatione, ſcientes ꝙ tribulatio patientiã operatur; patiẽtia aũt probationẽ, &c. Omne itaq; bonũ patientia nobis ſuppeditat, cõciliatq́ vt quæ viam ad probationem ſternat, certãq́ futuræ vitæ ſpem generet.

	Pſal.	Verſ.
Pax multa diligentibus legem *eius*, & non eſt illis ſcandalum.	118	165
Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.	24 B C	9
Expecta igitur Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.	26	24
De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.	117 D	5
Dominus mihi adiutor & protector meus: in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum.	27	7
Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimicos meos.		7
Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine.	117 E	8
Bonum eſt confidere in Domino, quàm ſperare in principibus.		9
Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.	1 Reg.	7
Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.	2	6

Alle-

B 24. *Aug. Non eos qui præcurrere volũt, quaſi ſe ipſos melius regere poßint, ſed eos qui nõ erigunt ceruicẽ, neque recalcitrant cũ eis iugũ leue imponitur, et ſarcina lenis*

C 24. *Sell. Superbi nõ ſunt perfectionis capaces, de qua propriè eo pſalmo agitur, niſi prius timore concepto pœnitentiam agãt, & tumore depoſito mites humileſq; reddãtur. Itaque primùm gratia Dei ſuperbos atq; obſtinatos emollit, & cõterit; deinde contritus & humiliatus demonſtrat vias ſuas, & dirigit in iudicio.*

D *Aug. Dicamus oẽs facti vnũ in Chriſto, facti vnus grex ſub vno paſtore, & corpus illius capitis: tanquam vnus homo dicamus: In tribulatione inuocaui Dominũ, & exaudiuit me in latitudine. Anguſtia tribulationis noſtræ finitur, latitudo autem, quò tranſimus habet terminum.*

E 117. *Aug. accommodatur ex Pſal. 145. vbi ait: Neſcio qua infirmitate humana anima quando fuerit*

144 14 Alleuat Dominus omnes qui corruunt: & erigit omnes elisos.

146 3 Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

145 7 Qui custodit veritatem in sæculum: facit iudicium iniuriam patientibus.

144 13 Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XI.

54 A 24 

IRI sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

62 B 10 Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

36 C 9 Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram.

tribulata hic, desperet de Domino, & vult præsumere de homine. Dicatur homini in afflictione aliqua constituto: Est quidā homo magnus per quem possis liberari, audit, gaudet, erigitur. Quod si dicatur ei liberet te Deus: quasi desperatione frigescit. Promittitur auxiliū mortalis, & gaudes? promittitur immortalis, & tristis es?

A 54. *Aug. Non proficient quantum putant, intra tēpus quod sperant: peribunt. — Proficient: sed ad tēpus. quid enim ait Apostolus: Maligni autem homines & seductores proficient in peius, ipsi errantes, & alios in errorem mittentes.*

B 62. *August. Propter potentissimam dexteram tuam in vanam quæsierunt animam meam quotquot persequuti sunt, vel persequi cupiunt Ecclesiam.*

C *Quamdiu peccator floret, quamdiu sustinebo? Festinas. Cito erit quod tibi diu est. Infirmitas facit diu videri, quod cito est. Quomodo inueniun-*

D 124. Aug. Hęc cogitant qui recto ſunt corde, qui voluntatem Dei ſequuntur, nō voluntatem ſuam. Qui ſequi voluntatem Dei volunt faciunt eum præcedentem, & ſe ſequentes; non autem ſe præcedentes, & illum ſequentem. Et in omnibus illum bonum inueniunt, ſiue emendantem, ſiue cōſolantem, ſiue exercentem, ſiue coronantem, ſiue purgantem, ſiue illuminantem.

Non enim relinquet Dominus 124 3
virgam peccatorum ſuper ſortem D
iuſtorum, vt non extendant iuſti ad
iniquitatem manus ſuas.

Multę tribulationes iuſtorum, & 33 20
de omnibus his liberabit eos Do-
minus.

Euntes ibant & flebant mitten- 7
tes ſemina ſua. 125

Venientes autem veniēt cum ex- 8
ultatione, portātes manipulos ſuos.

Non priuabit *Dominus* bonis eos 83 12
qui ambulant in innocentia; beatus
homo qui ſperat in te: Iuſtus es Do- 118 137
mine, & rectum iudicium tuum.

Propterea qui timēt Dominum, 113 19
ſperauerunt in Domino: adiutor
eorum & protector eorum eſt.

Dominus illuminatio mea & ſa- 126 1
lus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à 2
quo trepidabo?

Si cōſiſtant aduerſum me caſtra, 26 3
non timebit cor meum.

Si ex-

4 Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.

Dominus enim dixit nobis per Moyſen fidelem ſeruum ſuum.

32 Deuter. 39 Ego occidam, & ego viuere faciam, ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

63 E 11 Lætabitur *itaque* iuſtus in Domino & ſperabit in eo: laudabuntur omnes recti corde.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Confide in Deo & mane in loco tuo. *Eccl. 11.*

℟. Facilè eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.

℣. Ne læteris inimica mea ſuper me quia cecidi. *Michea 7.*

℟. Ecce ſurgam cum ſedero in tenebris.

℣. Dominus mecum eſt quaſi bellator fortis. *Hier. 20.*

℟. Qui perſequuntur me cadent & infirmi erunt.

E 63 *Aug. Sæpe aliquâ ſetis ſiue ſecũdũ corpus, ſiue ſecũdũ diſpẽdiũ rei familiaris ſiue ꝑ orbitatẽ aliquã cariſſimorũ tuorũ, &c.* Diſplicet tibi cõſilium Dei, vt dicas: Ecce, *puta, peccator ſum, et propterea flagellor. quare ille nõ flagellatur cuius noui tanta flagitia. Quãtumcũq; mali fecerim ego, nũquid ego tantum feci quantũ ille? d.ſtortum eſt cor tuum. Quam bonus Deus Iſrael ſed rectis corde. —Sine te curari, nouit Deus quid agat, qui vulnus nouit.* Non *ſecatur alius: Quid ſi deſperatur? Quid ſi tu propterea ſecaris, quia nõ deſperaris.* Patere *ergo, quicquid pateris recto corde.* Nouit *Deus quid tibi donet, quid tibi ſubtrahat. Quod tibi donat ad cõſolationẽ valeat nõ ad corruptionẽ. quod aũt ſubtrahit ad tolerantiã valeat, nõ ad blaſphemiã, ſi aũt blaſphemas, & diſplicet tibi Deus, & tu tibi places, peruerſo cor tuũ, vt hoc faciat ille & diſtorto es, & hoc peius, quia cor Dei vis corrigere ad cor le quod tu vis, cum tu facere debeas, quod ille vult.*

OREMVS.

COncede, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione, respiremus.

Da, quęsumus, omnipotens Deus, vt qui infirmitatis nostræ conscij, de tua virtute confidimus, sub tua semper pietate gaudeamus.

Deus qui non mortem sed pœnitentiam desideras peccatorum, populum tuum ad te reuertentem, propitius respice; vt dum tibi deuotus existit, iracundiæ tuæ flagella ab eo clementer amoueas.

PSALMVS DVODECIMVS ET DECIMVSTERTIVS. Psal Vers.

A 85. Aug. Insurgunt super corpus Christi mali Christiani. de quibus quotidie tribulationẽ patitur corpus Christi. Omnia schismata, omnes hæreses, omnes intus pessimè viuentes, & mores suos benè viuentibus imponentes, & ad sua trahentes, & malis colloquijs bonos mores corrumpentes

DE AFFLICTIONE quam ab hæreticus sustinent, qui feruentius & syncerius pro Catholica fide stant & decertant.



DEvs, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga po- 85 A 14

ten-

tentium quæſierunt animam me-
am: & non propoſuerunt te in con-
ſpectu ſuo.
43 11 Auertiſti nos retrorſum poſt ini-
micos noſtros: & qui oderunt nos,
diripiebant ſibi.
79 7 Poſuiſti nos in contradictionem
vicinis noſtris: & inimici noſtri
ſubſannauerunt nos.
43 14 Poſuiſti nos opprobrium vici-
nis noſtris, ſubſannationem & de-
riſum his; qui ſunt in circuitu no-
ſtro.
12 Super omnes inimicos noſtros
factus ſum opprobrium: & vicinis
30 meis valdè, & timor notis meis.
14 Factus ſum tanquam vas perdi-
tum, quoniam audiui vituperatio-
nem multorum, commorantium
in circuitu.
21 8 Omnes videntes me deriſerunt
me: locuti ſunt labijs & mouerunt
caput.
8 Aduerſum me ſuſurrabant om-

nes inimici mei: aduerſum me co- 40
gitabant mala mihi.
Inimici mei dixerunt mala mihi, 6
quando morietur & peribit nomen
eius.
Inimici mei viuunt & conforta- 37 20
ti ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt B
qui oderunt me iniquè.
Surgẽtes teſtes iniqui, quæ igno- 34 11
rabam interrogabant me.
Et poſuerunt aduerſum me mala 108 5
pro bonis: odiũ pro dilectione mea. C
Retribuebant mihi mala pro bo- 34 11
nis, detrahentes mihi: quoniam ſe- 37 21
quebar bonitatem.
Cùm his qui oderunt pacem, e- 119 7
ram pacificus, cùm loquebar illis,
impugnabant me gratis.
Gratis abſconderunt mihi inte- 34 7
ritum laquei ſui: ſuperuacuè expro-
brauerunt animam meam.
Aduerſum me loquebantur qui 68 13
ſedebant in porta, & in me pſalle- D
bant, qui bibebant vinum.

Cir-

B 37. Bellar. Opponit *Propheta patiẽtiæ ſuæ aduerſariorũ contrariam malitiã, cùm enim ipſe non redderet malum pro malo, illi è contrario retribuebãt mala pro bonis, & tamẽ viuebant, & exultabant, & roborabantur, quæ ad eũ finem cõmemorantur à Dauide vt facilius ad miſericordiam Deum inclinent.*

C 108. *Theodoretus in his SS.* PP. *c.* 21. *Execrandus Marcio multas ſpinas impietatis ſeminauit in regione vrbis Cyri, eas cùm conarer euellere radicitus omnẽ laborẽ ſubibam, & omnibus machinis aſſiduè vtebar. Qui aũt mea fruebantur cultura, cùm me eo nomine deberent diligere detrahebant mihi, ego autem orabã, & reddebant mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.*

D 68. *Auguſt. Putatis hoc fratres Chriſto tantummodo cõtigiſſe. Quotidie illi in mẽbris eius contingit: Quando fortè neceſſe erit ſeruo Dei, prohibere ebrietates & lu-*

87 18 Circundederunt me sicut aqua
tota die, circundederunt me simul.

101 9 Tota die exprobrabant mihi ini-
mici mei: & qui laudabant me, ad-
uersum me iurabant.

3 18 Ego autem in Domino gaude-
Aba- bam: & exultabā in Deo IESV meo.
cuc. Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XIII.



54 3 CONTRISTATVS sum in exer-
A citatione mea: & conturba-
tus sum à voce inimici, & tri-
bulatione peccatoris.

43 17 A voce exprobrantis & oblo-
quentis: à facie inimici & perse-
quentis.

55 3 Conculcauerunt me inimici mei
tota die: quoniam multi bellantes
aduersum me.

68 5 Multiplicati sunt super capillos
capitis mei, qui oderunt me gratis.

60 5 Confortati sunt qui persequuti
sunt me inimici mei, iniustè quæ
non rapui tunc exoluebam.

xurias in aliquo vel fundo, vel oppido. vbi non auditum fuerit verbum Dei parum est, quia cantāt, insuper & ipsum incipiunt cantare, à quo prohibentur cantare.

A 54. *August. Omnes mali cùm mali sunt exercēt bonos. —Vtinam qui nos modò exercēt cōuertantur, & nobiscum exerceātur. August. in eund. Vers. Cùm extēdit dilectionem, vt diligat inimicos, affectus est tædio multorum inimicitiis, multorum rabie circūlatratus. & quadam humana infirmitate succubuit. Vidit se iam incipere penetrari mala persuasione diabolica, vt odiū inducat aduersus inimicos reluctans odio, vt perficeret dilectionem in ipsa pugna, & lucta turbatus est.*

Pſal. Verſ.

Circundederũt me dolores mor- 17 5
tis: & torrentes iniquitatis contur- B
bauerunt me.

Cor meum conturbatum eſt: & 5
formido mortis cecidit ſuper me. 54

Quoniam declinauerunt in me 4
iniquitates: & in ira moleſti erant
mihi.

Vſquequo peccatores Domine, 93 3
vſquequo peccatores gloriabuntur. C

Quoniam propter te ſuſtinui op- 68 8
probrium: operuit confuſio faciem
meam.

Propter te mortificamur tota 43 22
die, æſtimati ſumus ſicut oues oc-
ciſionis.

Probaſti nos Deus, igne nos ex- 65 11
aminaſti, ſicut examinatur argen-
tum.

Poſuiſti tribulationes in dorſo D 12
noſtro: impoſuiſti homines ſuper
capita noſtra.

Cùm exurgerẽt homines in nos: 3
forte viuos deglutiſſent nos.

Cùm

B 17. *Bell.* Torrẽtes iniquitatis *vocat. S. Hieron. Torrẽtes Belial. quæ vox ſignificat (ſine iugo) hoc eſt hominum iniquorum qui ſuaue iugũ Chriſti & Eccleſiæ excuſſerunt, omnia moliũtur pro ſua libidine.*

C 93. *Aug. Quia parcitur illis; de patientia Dei inueniunt argumentum reſponſionu ſuæ.*

D 65. *Aug. Superbi eramus malè erecti, curuati ſum⁹, vt curuati benè erigeremur. Impoſuiſti homines, &c. Hæc omnia paſſa eſt Eccleſia, varijs & diuerſis perſequutionibus paſſa eſt. hoc & ſigillatim & modo patitur etiam, non enim quiſquam eſt qui ſe in hac vita ab his tentationibus poſſit dicere eſſe immunẽ. Ergo imponuntur homines ſuper capita noſtra, toleram⁹ quos nolumus, patimur ſuperiores aliquando quos nouimus peiores. – Sæuire videtur Deus cũ iſta facit, ne metuas quoniam pater eſt, nunquã ſic ſæuit vt perdat. quando malè viuis, ſi parcit, plus iraſcitur.*

123 E 4 Cùm iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

F 5 Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.

6 Benedictus Deus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Impius præualet aduerſus iuſtum.

Habacuc 1.

℞. Propterea egredietur iudicium peruerſum.

℣. Ambulans recto itinere & timens Deum.

Prouerb. 14.

℞. Deſpicitur ab eo qui infami graditur via.

℣. Audiui contumelias multorum; & terrorem in circuitu.

℞. Factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium, & deriſum tota die.

Ierem. 20.

E 123. *Aug. Si non reliqueris de corde tuo Chriſtum — Quomodo viciſti doloſè blandientes, & blandiendo ſeducentes, ſic iſtos vinces: iam iraſcendo comminantes — Quomodo. Niſi quia Dominus erat in nobis. Manifeſtum eſt quia non viciſti tu, ſed vicit ille qui eſt in te.*

F Ibid. *Aug. Quam diu ſæculum hoc naſcendo & moriendo currit, torrens eſt. Hinc perſequutiones de iſto torrente. Hinc bibit primus ille, caput noſtrum. de quo dictum eſt in Pſalm. de torrente in via bibet.*

OREMVS.

TVa nos, Domine, protectione defende, & ab omni hostium nostrorum iniquitate custodi.

Deus qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tuæ defensionis expugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, vt inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

Deus qui vnigeniti tui potentia antiqui hostis contriuisti superbiam, da nobis quæsumus quæ idem piè pro nobis pertulit dignè recolere, sicque exemplo eius nobis aduersantia æquanimiter tolerare. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sæculorum. Amen.

PSALMVS DECIMVSQVARTVS ET DECIMVSQVINTVS.

ORATIO QVAM AB hæreticis afflicti, præsertim tamen viri religiosi ad Deum fundunt.



37 23 NTENDE in adiutorium
meum Domine, Deus
salutis meæ.
39 14 Complaceat tibi Do-
mine, vt eruas me: ad adiuuandum
me respice.
43 26 Exurge Domine adiuua nos: &
redime nos propter nomen tuum.
43 23 Exurge; quare obdormis Domi-
ne? exurge ne repellas in finem.
73 2 Memor esto congregationis tuę:
quam possedisti ab initio.
107 13 Da nobis auxilium de tribulatio-
ne, quia vana salus hominis.
5 9 Domine deduc me in iustitia
tua; propter inimicos meos dirige
in conspectu tuo viam meam.
88 A 51 Memor esto opprobrij seruorum

A 88. *Aug. Diu continuerunt Christiani opprobria in sinu suo in corde suo. nec audebant resistere conuiciãtibus antea cùm crimen videretur respõdere Pagano. Nunc iam crimen est remanere paganum. Gratias Domino memor fuit opprobriorum nostrorũ. Exaltauit cornu Christi sui. fecit admirabile apud reges terræ. Iam modo nemo insultat Christianis, aut si insultat non publice insultat, sic loquitur mala vt plus timeat videri, quàm velit credi.*

Psal Vers.

tuorum, quòd continui in ſinu
meo, multarum gentium.

Eripe me de manu inimicorum 30 15
meorum: & à perſequentibus me.

Eripe me de luto vt non infigar: 68 15
libera me ab ijs qui oderunt me, &
de profundis aquarum.

Prætende miſericordiam tuam 35 B 11
ſcientibus te: & iuſtitiam tuam his
qui recto ſunt corde.

Educ me de laqueo: quem ab- 30 5
ſconderunt mihi.

Quare faciem tuam auertis Do- 43 24
mine? obliuiſceris inopiæ noſtræ?

Quare oblitus es mei: quare con- 41 10
triſtatus incedo dum affligit me
inimicus?

Domine quando reſpicies? re- 34 C 7
ſtitue animam meam à maligni-
tate eorum: à leonibus vnicam
meam.

Ne tradas beſtijs animas confi- 37 19
tentes tibi: & animas pauperum
tuorum ne obliuiſcaris in finem.

Non

B 35. Bell. *Extēde hāc magnā miſericordiā tuā ſcientib⁹, id eſt illis tantum, qui te cognoſcūt notitiā familiaritatis & amicitiæ, qui tecū verſantur, te inuocāt, q. audiunt te in præceptis tuis, & quos tu audis in precibus corū. (Qui recto ſunt corde) id eſt, iuſtis & pijs qui cor habēt rectū & conforme rectitudini tuæ, & ideo placent illis omnia mandata tua & iudicia tua. Miſericordia eſt quia ex dono gratiæ facti ſumus iuſti ex impijs. amici ex inimicis, & recti corde ex diſtortis, & obliquis, & operarij bonorū operū ex operarijs iniquitatis. Sed eadē felicitas eſt etiā corona iuſtitiæ, & merces bonorū operum. Nam vt habetur in Concil. Arauſicano ſecundo can. 16 Debetur merces operibus bonis: ſi fiant. ſed miſericordia præcedit (quæ non debetur) vt fiant.*

C 34. *Aug. Iudex noſter non tædio. ſed amore differt ſalutem noſtram, ratione, non inopia, non quia non poteſt & modo ſubuenire, ſed vt numc-*

19 Non ſupergaudeant mihi, qui
aduerſantur mihi iniquè, qui ode-
D runt me gratis, & annuunt oculis.

34 22 Vidiſti Domine, ne ſileas: ne di-
ſcedas à me.

25 Non dicant in cordibus ſuis, Eu-
ge, euge animæ noſtræ: nec dicant
deuorabimus eum.

39 15 Confundantur & reuereantur
ſimul qui quærunt animam: vt au-
ferant eam.

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XV.

55 1 ISERERE mei Deus, quo-
A niam cōculcauit me ho-
mo: tota die impugnans
tribulauit me.

119 2 Domine libera animam meam à
labijs iniquis, & à lingua doloſa.

35 12 Non veniat mihi pes ſuperbiæ;
& manus peccatoris non moueat
me.

16 8 Sub vmbra alarum protege me
B

D 37. Aug. Annuētes oculis. h. hypocritæ, ſimulati — Pronunciantes vultu quod in corde non geſtant — Leones illi quærentes rapere & deuorare. primo blandiētes pacificè loquebantur, & ſuper iram doloſè cogitabant.

A 55. Aug. Primus botrus in torculari preſſus: eſt Christus. Dicat ergo & corpus intuēs caput ſuum: Miſerere mei Domine, quoniam conculcauit me homo. — Si putas te non habere tribulationes nondum eſſe Chriſtianus cœpiſti. Et vbi eſt vox Apoſtoli oēs qui volunt piè viuere in Chriſto perſequutiones patiuntur. Si ergo non pateris vllam perſequutionē pro Chriſto, vide ne cœperis in Chriſto piè viuere. ingreſſus es torcular, p̄para te ad preſſuras, ſed noli eſſe aridus ne de preſſura nihil exeat.

B 16. Bell. Illud, qui me afflixerunt, *ſignificat iuſtū iam expertū eſſe morſus impiorum, & ideo protectionē quærere, ne, ſi ſæpius mordeatur, tandem conſumatur.*

à facie impiorum qui me afflixerunt.

Effundo in conspectu tuo ora- 141 3
tionem meam: & tribulationem
meam ante ipsum pronuncio.

Iudica me Deus, & discerne causam meam: de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso eripe me.

In die tribulationis meæ clama- 85 7
ui ad te, & exaudisti me.

Tu Domine Deus noster refugium & virtus; adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis.

Miserere nostri Domine: mise- 3
rere nostri, quia multum repleti su- 122
mus despectione.

Quia multum repleta est anima C 4
nostra: opprobrium abundantibus,
& despectio superbis.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Recordare Domine quid acciderit nobis. *Thren. 5.*

℟. Intuere & respice opprobrium nostrum.

C 122. *Aug. Omnes qui secundùm Christũ volunt piè viuere, necesse est patiantur opprobria; necesse est cõtemnantur ab his qui volunt impiè viuere, quorum felicitas tota terrena est.* Infra. *Insultant & illi Christianis qui non abundãt, quare ergo Psalmus dicit: opprobrium eis qui abundant — Infelix anima abundat; sed abundat malitia, abundat nequitia, & eò plus abundat nequitia, quò sibi videtur abundare iustitia.*

℣. Vi-

℣. Vide Domine afflictionem nostram. *Thren. 1.*

℟. Quoniam erectus est inimicus.

℣. Sana me Domine & sanabor.

℟. Saluum me fac, & saluus ero. *Hierem. 17.*

OREMVS.

ESto Domine propitius plebi tuæ, & quam tibi facis esse deuotam; benigno refoue miseratus auxilio.

Præsta nobis, quæsumus, Domine auxilium gratiæ tuæ, vt ieiunijs & orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis & corporis.

Quæsumus, omnipotens Deus, vota humilium respice; atque ad defensionem nostram dexteram tuæ Maiestatis extende. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

PSALMVS DECIMVSSEXTVS ET DECIMVSSEPTIMVS.

DE PATERNA DEI prouidentia circa religiosos; & constantiores Catholicos qui ab hostibus Ecclesiæ persequutionem patiuntur.



VENITE & audite, & narrabo: omnes qui timetis Deum; quanta fecit animæ meæ. 65 16

Ego — mendicus sum & pauper, & Dominus sollicitus est mei. 39 A 18

Dominus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. 22 1

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abscondisti timentibus te. 20

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à cõturbatione hominum. 30 B 21

A 39. August. Qui habuit tui curam anteq̃ esses, quomodo iam nõ habebit tui curã cùm iã hoc es, quod voluit vt esses. iã enim fidelis es, iam ambulas in via iustitiæ; curã tui non habebit qui facit solẽ suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. te iam iustum ex fide viuẽtem negliget, deseret dimittet? Immò verò & hîc fouet, et hîc adiuuat, et hîc necessaria subministrat, & noxia resecat. Dando cõsolatur vt permaneas, auferendo corripit ne pereas: Domin⁹ curã habet tui, secur⁹ esto; ille protegit q̄ te fecit. — Ille dixit cœlũ & terrã ego impleo, nusquã ille tibi deest, tu illi noli deesse. tu tibi noli deesse.

B 30. Aug. huic loco ac versui accõmodari potest q̄ habetur Tomo 1. l. de vera rel. c. 6. Sæpe sinit diuina ꝓuidẽtia ꝑ nõnullas nimiũ turbulẽtas carnaliũ hominũ seditiones expelli de cõgregatione Christiana etiam bonos viros. quam cõtumeliam vel iniuriam suam cùm patientissimè pro Ecclesiæ pace tulerint, neq; vllas nouitates vel schismata, vel hæreses moliti fuerint: Docebunt homines quàm vero affectu & quanta synceritate caritatis Deo seruiendum sit. Talium ergo virorum propositum est: aut sedatis remeare turbinibus, aut si id nõ sinantur, vel eadem tẽpestate perseuerante, vel ne suo reditu, talis aut sa-

Pro-

C 21 Proteges eos in tabernaculo tuo,
à contradictione linguarum.
18 Ecce oculi Domini ſuper me-
tuentes eum: & in eis qui ſperant
32 ſuper miſericordia eius.
19 Vt eruat à morte animas eorum,
& alat eos in fame.
18 Nouit Dominus dies immacu-
latorum, & hæreditas eorum in æ-
36 ternum erit.
19 Non confundentur in tempore
malo, & in diebus famis ſaturabun-
tur, quia peccatores peribunt.
32 Conſiderat *tamen* peccator iu-
36 ſtum, & quærit mortificare eum.
33 Dominus autem non derelin-
quet eum in manibus eius: nec
damnabit eum cum iudicabitur ei.
146 11 Beneplacitum eſt Domino ſuper
timentes eum, & in eis qui ſperant
ſuper miſericordia eius.

uior oriatur: tenent voluntatē conſulendi etiam eis ipſis, quorū motibus, perturbationibusq; ceſſerunt. Sine vlla conuenticulorum ſegregatione, vſq; ad mortē defendentes, & teſtimonio iuuātes eā fidē, quam in Eccleſia Catholica *prædicari ſciunt. Hos coronat in occulto pater in occulto videns. Rarum hoc videtur genus, ſed tamen exempla non deſunt, immò plura ſunt quam credi poteſt. Ita omnibus generibus hominū & exemplorum, ad animarum curationē & inſtitutionem ſpiritalis populi, vtitur diuina prouidentia.*

C 30. *Auguſtin. Tabernaculum habitaculum eſt militum in expeditione poſitorum. — Pugna in expeditione peregrinus: vt ſaluus factus in tabernaculo; glorioſus recipiaris in domum. Erit enim in cælo domus tua æterna, ſi modo in hoc tabernaculo benè vixeris. Ergo in hoc tabernaculo proteges eos à contradictione linguarum. Contradicunt linguæ multæ, diuerſæ hæreſes, diuerſa ſchiſmata perſonant. linguæ multæ contradicunt veraci doctrinæ: tu curre ad* Tabernaculum Dei, Eccleſiam Catholicam *tene. à regula veritatis noli diſcedere, & protegeris in tabernaculo; à contradictione linguarum.*

Quia Dominus amat iudicium, 36 D 28
& non derelinquet sanctos suos: in
æternum conseruabuntur.

Qui diligitis Dominum, odite 96 10
malum, custodit Dominus animas
sanctorum suorum: & de manu
peccatoris, liberabit eos.

Ecce sic benedicetur homo, qui 127 4
timet Dominum.

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMUS XVII.



BEATUS vir cuius est no- 39 A 5
nen Domini spes eius:
& non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Dicet Domino susceptor meus 90 2
es tu: refugium meum Deus meus.

In hoc cognoui quoniam voluisti 40 B 12
me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Protexisti me à conuentu mali- 63 3
gnantium: à multitudine operantium iniquitatem.

D 36. *Aug. Quando patiuntur sancti labores, nolite putare quia nō iudicat Deus: aut quia iudicat peruersè. Qui te monet vt iustè iudices, ille peruerse iudicaturus est? Amat ille iudiciū, & non derelinquet sanctos suos, sed quomodo? Sic abscondita est apud illum vita Sanctorum, vt qui modò laborāt in terra; quasi arbores hyemis non habentes fructum & folia, illo apparente tanquā nouo sole exorto illud quod in radice viuebat in fructibus appareat.*

A 39. *Aug. Quis insanorum nos nō miseros dicat: quia cum eis nō insanimus? amisisse nos putant varias & magnas voluptates, quibus ipsi insaniunt, nec vident quia mendaces sunt. Oremus pro ipsis fratres: inde crescit numerus sanctorū, de numero qui erat impiorum.*

B 40. *Bell. Permisit Deus Christi carnem flagellari & cædi, sed & flagella eius, & mors mundi salutem operata in gloriam & triumphū versa sunt, et quod in capite præ-*

In vm-

56 2 In vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.

40 B 13 Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

83 C 6 Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.

59 D 6 Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.

7 Vt liberentur dilecti tui, ſaluum fac dextera tua, & exaudi me.

65 20 Benedictus Deus: qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

123 8 Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

45 8 Dominus virtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Oſtendiſti Domine inimicis noſtris. *Sap. 16.*

ceſſit, in mebris quoque factum eſt, & fiet.

C 83. *Aug. Ecce habemus torcular, conuallem plorationis ipſæ linguæ piæ contribulatorum; muſtum ſunt amantium.*

D 59. *Bellarm. Deus ſignum dat electis ſuis metuentibus eum, vt fugiant à facie arcus qui ſagittas lethiferas eiaculabitur in omnes impios tempore ſuo. hoc P. in nouiſſimo die. tribulationes enim quib⁹ nunc purgantur electi à venialibus maculis, ſigna ſunt grauiſſimarum pœnarum, quas luent impij poſt hanc vitam. atque hoc eſt quod ſcribit Apoſtolus Petrus in 1. c. 4. Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio.*

Quia Dominus amat iudicium, 36 D 28
& non derelinquet sanctos suos: in
æternum conseruabuntur.

Qui diligitis Dominum, odite 96 10
malum, custodit Dominus animas
sanctorum suorum: & de manu
peccatoris, liberabit eos.

Ecce sic benedicetur homo, qui 127 4
timet Dominum.

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XVII.



BEATVS vir cuius est no- 39 A 5
nen Domini spes eius:
& non respexit in vani-
tates, & insanias falsas.

Dicet Domino susceptor meus 90 2
es tu: refugium meum Deus meus.

In hoc cognoui quoniam voluisti 40 B 12
me: quoniam non gaudebit inimi-
cus meus super me.

Protexisti me à conuentu mali- 63 3
gnantium: à multitudine operan-
tium iniquitatem.

In vm-

D 36. Aug. Quando patiuntur sancti labores, nolite putare quia nō iudicat Deus: aut quia iudicat perversè. Qui te monet vt iustè iudices, ille peruerse iudicaturus est? Amat ille iudiciū, & non derelinquet sanctos suos, sed quomodo? Sic abscondita est apud illum vita Sanctorum, vt qui modò laborāt in terra; quasi arbores hyemis non habentes fructum & folia, illo apparente tanquā nouo sole exorto illud quod in radice viuebat in fructibus appareat.

A 39. Aug. Quis insanorum nos nō miseros dicat: quia cum eis nō insanimus? amisisse nos putant varias & magnas voluptates, quibus ipsi insaniunt, nec vident quia mendaces sunt. Oremus pro ipsis fratres: inde crescit numerus sanctorū, de numero qui erat impiorum.

B 40. Bell. Permisit Deus Christi carnem flagellari & cædi, sed & flagella eius, & mors mundi salutem operata in gloriam & triumphū versa sunt, et quod in capite præ-

56 2 In vmbra alarum tuarum ſpera-
bo, donec tranſeat iniquitas.
40 B 13 Me autem propter innocentiam
ſuſcepiſti: & confirmaſti me in con-
ſpectu tuo in æternum.
83 C 6 Beatus vir cuius eſt auxilium abs
te: aſcenſiones in corde ſuo diſpo-
ſuit in valle lacrymarum, in loco
quem poſuit.
59 D 6 Dediſti metuentibus te ſignifi-
cationem, vt fugiant à facie arcus.
7 Vt liberentur dilecti tui, ſaluum
fac dextera tua, & exaudi me.
65 20 Benedictus Deus: qui non amo-
uit orationem meam, & miſericor-
diam ſuam à me.
123 8 Adiutorium noſtrum in nomi-
ne Domini, qui fecit cælum & ter-
ram.
45 8 Dominus virtutum nobiſcum,
ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Gloria Patri & Filio, &c.
℣. Oſtendiſti Domine inimicis no-
ſtris. *Sap.* 16.

ceſſit, in mēbra quoque factum eſt, & fiet.

C 83. *Aug. Ecce habetis torcular, conuallem plorationis ipſæ linguæ piæ contribulatorum; muſtum ſunt amantium.*

D 59. *Bellarm. Deus ſignum dat electis ſuis metuentibus eum, vt fugiant à facie arcus qui ſagittas lethiferas eiaculabitur in omnes impios tempore ſuo. hoc P. in nouiſſimo die. tribulationes enim quib⁹ nunc purgantur electi à venialibus maculis, ſignæ ſunt grauiſſimarum pœnarum, quas luent impij poſt hanc vitam. atque hoc eſt quod ſcribit Apoſtolus Petrus in* 1. *c.* 4. *Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio.*

℟. Quia tu es qui liberas ab omni malo.

℣. Ego Dominus Deus tuus, ſanctus Iſrael Saluator tuus. *Iſa. 42.*

℟. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis.

℣. Liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ.

℟. A rugientibus præparatis ad eſcam, de manibus quærentium animam meam. *Eccl. 51.*

OREMVS.

COncede, quæſumus, omnipotens Deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus: liberati à malis omnibus, ſecura tibi mente ſeruiamus.

Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, vt qui in tua protectione confidimus, cuncta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus.

Da nobis, quæſumus, omnipotens Deus: vt qui infirmitatis no-

ſtræ

ſtræ conſcij, de tua virtute confidimus: ſub tuam pietate gaudeamus. Per Dominum,&c.

Pſal Verſ. PSALMVS DECIMVSOCTAVVS.

GRATVLATIO RELIgioſorum, & gratiarum actio ad Deum: cum è manibus & periculis perſequutorum liberantur.

70 20 VANTAS oſtendiſti mihi
Domine tribulationes?
multas & malas, & conuerſus iuſtificaſti me.

53 A 9 Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me, & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

117 13 Impulſus euerſus ſum vt caderem, & Dominus ſuſcepit me.

17 Miſit de ſummo &. accepit me,
17 & aſſumpſit me de aquis multis.

18 Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab ijs qui oderunt me, quoniam confortati ſunt ſuper me.

A 53. Bellarm. Pſalmus vnde hic verſiculus petitus quotidie in Eccleſia frequentatur ad horam primum: vt exemplo Dauidis diſcamus aduerſus omnes perſequutores armis orationis ad initium diei communiri; ſcientes quod omnes qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu perſequutiones aſſiduè patientur.

Dextera Domini fecit virtutem, 16
dextera Domini exaltauit me, dex-
tera Domini fecit virtutem.

Non moriar sed viuam; & narra- 117 17
bo opera Domini.

A Domino factum est istud, & 23
est mirabile in oculis nostris.

Repleti sumus — misericordia 14
tua; exultauimus: & delectati su-
mus. 89

Lætati sumus pro diebus quibus B 15
nos humiliasti: annis quibus vidi-
mus mala.

Parasti in conspectu nostro men- 22 5
sam: aduersus eos qui tribulant nos.

Transiuimus per ignem & a- 65 12
quam, & eduxisti nos in refrige-
rium.

Anima nostra sicut passer erepta 123 6
est de laqueo venantium: laqueus C
contritus est, & nos liberati sumus.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Venit mihi gaudium à sancto su-
per misericordia.

B 89. *Aug. Illi anni & dies non deficiunt, in quibus nec nos deficiemus. Exæstuet anima nostra illorum dierũ desiderio, sitiat ardenter atque vehemẽter. vt illic repleamur, ibi satiemur, ibi dicamus quod hîc prædicimus.*

C 123. *Aug. O passer instabilis fige potius fidei pedes in petra; noli ire ad muscipulam. capieris, consumeris, obtereris. Sit in te dominus, & de maioribus minus eruet te.*

Si facis maiorẽ strepitum auis auolat de muscipula: sic & martyrum iam fortè aliqui ipsorum, intẽdebant collum in dulcedinem vitæ huius, Dominus qui erat in illis fecit strepitũ gehennarum, & erutus est passer de muscipula venantium.

℟. Quæ

℟. Quæ venit nobis ab æterno: ſalutari noſtro. *Baruch* 4.

℣. Quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti.

℟. In verbo ſancti gaudentes in honorem Dei.

℣. Benedicite Dominum omnes electi eius.

℟. Agite dies lætitiæ & confitemini illi. *Tobiæ* 13.

OREMVS.

DEus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, pijſſimæ Maieſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes, vt qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas.

Deus, qui neminem in te ſperantem nimium affligi permittis, ſed pium precibus præſtas auditum pro poſtulationibus noſtris votiſque ſuſceptis, gratias agimus: te pijſſimè


deprecantes, vt per hanc quam sensimus benignitatem tuam, à cunctis deinceps eripi mereamur aduersis.

Odorem Domine humiliantis se animæ nostræ, cum gratiarum actionibus suscipe, & præsta vt quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es, ab omni imposterum aduersitate custodias, & in tuo seruitio, & amore concrescant. Per Dominum, &c.

PSALMVS DECIMVSNONVS. *Psal. Vers.*

ADHORTANTVR CATHOLICI hæreticos, in quibus aliqua spes resipiscendi superest: ad conuersionem.

A 93. *Aug. Benè viuens in numero sanctorum Dei. h. in numero filiorum Ecclesiæ, videt quia florent mali & faciunt iniquitatem, & æmulatur eos & adducitur, vt imitetur facta ipsorum.* Infra. *Si quid fortè aliquid cogitabatis quãdo videbatis malos florere, & cogitationes vestra faciebãt nutare pedes vestros in via Dei, vobis loquitur Psalmus iste.*



HODIE si vocem Domini 94 8
audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Intelligite insipientes 93 A 8
in populo: & stulti aliquando sapite.

Nolite fieri sicut equus & mu- 31 9

lus,

lus, quibus non eſt intellectus.

2 12 Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.

7 B 13 Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum.

49 1 Reg. 22 Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum: nequando rapiat, & non ſit qui eripiat.

2 3 Recedant vetera de ore veſtro, quoniam Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

74 C Deuter. 6 Nolite extollere in altum cornu veſtrum, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem, — quoniam Deus iudex eſt.

32 35 Iuxta eſt dies perditionis: & adeſſe feſtinant tempora.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. State ſuper viam & videte, & interrogate de ſemitis antiquis.

℟. Quæ ſit via bona, & ambulate in

B 7. Bell. Vtitur Propheta ſimilitudine gladij & ſagittarum. vt ſignificet Deũ punire tam propè quàm longè. Quando cauſſæ mali nobis illati proxima eſt & manifeſta tunc Deus gladio ferit cominus. Quãdo cauſſa mali remota & occulta eſt, tũc videtur Deus eminus iaculari ſagittas ſuas.

C 74. Aug. Audiant vel modo vt ſurgant ad medicũ qui venit ad languidum, quem noluerunt audire ſani vt non caderent, audiant iacentes vt reſurgant.

Nolite exaltare cornu veſtrum. Quid eſt hoc? ſi feciſtis iniquitatem per cupiditatẽ, nolite eam defendere per elationẽ. Confitemini ſi feciſtis: qui enim nõ confitetur, & iniquus eſt, & exaltat cornu — Exaltabitur in vobis cornu Chriſti, ſi non exaltetur cornu veſtrũ. cornu veſtrum de iniquitate eſt, cornu Chriſti de maieſtate eſt. nolite ergo efferri, ne loquamini aduerſus Deum iniquitatem.

ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. *Hierem. 6.*

℣. Conuertimini peccatores & facite iustitiam coram Deo.

℟. Credētes quod faciet vobiscum misericordiam suam.

℣. Attendite ad petram vnde excisi estis.

℟. Et ad cauernam laci de qua præcisi estis.

OREMVS.

DEus, qui diuersitatem gentium in cōfessione tui nominis adunasti; da vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentium, & pietas actionum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui saluas omnes, & neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, vt omni hæretica prauitate deposita, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant vnitatem.

Deus qui errantibus vt in viam

pos-

poſſint redire iuſtitiæ, veritatis tuæ
lumen oſtẽdis; da cunctis qui Chri-
ſtianę profeſſionis nomine glorian-
tur, & illa reſpuere quæ huic inimi-
ca ſunt nomini, & quæ ſunt apta,
ſectari. Per Dominum, &c.

Pſal. Verſ.

PSALMVS VIGESIMVS.

ORAT CATHOLICVS Deum pro hæreticis vt obtineant donum conuerſionis.

53 A 5 VERTE mala inimicis meis *Domine:* & in veritate tua diſperde illos.

136 26 Induantur confuſione & reuerentia, qui gratulantur malis meis.

6 11 Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubeſcant valdè velociter.

Eccl. 36 Sicut in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis. ſic in conſpectu noſtro magnificêris in eis.

A 53. *Auguſt. Iſti floreut felicitate ſæculi, pereunt in virtute Dei. non enim quomodo florent, ſic pereunt. florent enim ad tempus, pereunt in æternum: florent falſis bonis, pereunt veris tormentis.*

 Psal. Vers.

Conſtitue legiſlatorem ſuper eos; 9 21
vt ſciant — quoniam homines
ſunt.

Imple facies eorum ignominia; 82 17
& quærent nomen tuum Domine. B

B 82. Auguſt. Nunc ipſum corpus eſt inimicorum, ſecundùm inuidentiam, qua æmulantur populum Dei, & nunc vbi poſſunt, & ſonant, & leuant caput, in his qui inde credituri ſunt, atque in corpus aliud tranſituri: horum enim facies ſalubriter impletur ignominia, vt quærãt nomen Domini, in his qui vſque ad finem in eade malitia perſeuerant. ponuntur vt ſtipula ante faciem venti, & ſylue, montibusq; infructuoſis ſimiles cõburentur.

Quoniam ſi multiplicatę fuerint 15 4
infirmitates eorum: poſtea accelerabunt.

Vt non intres in iudicium cum 142 2
factura tua: quia non iuſtificabitur
in conſpectu tuo omnis viuens.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Dimitte Domine peccata populi tui. *2. Par. 6.*

℟. Doce eos viam bonam per quam ingrediantur.

℣. Cognoſcant te ſicut & nos cognouimus. *Eccl. 36.*

℟. Quia non eſt Deus pręter te Domine.

℣. Serua eos in nomine tuo: vt ſint vnum ſicut & nos. *Ioan. 17.*

℟. Sanctifica eos in veritate, ſermo tuus veritas eſt.

ORE-

OREMVS.

PRopitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & animarum errantium medere languoribus, vt remiſſione percepta, in tua nobiſcum benedictione lætentur.

Populi ſubiecti reſtitutor Deus: peccata quibus implicatur expelle, vt fiat tibi placitus, & tuo deinceps munimine ſecurus.

Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt dignitas humana per fallaciam hæreticæ prauitatis ſauciata, veræ pietatis obſeruandæ ſtudio reformetur. Per Dominum, &c.

Pſal. Verſ. PSALMVS VIGESIMVS PRIMVS.

ORATIO ANIMÆ per hæreſin ſeducta, quæ iam incipit errorem ſentire, vt ab eo integrè tandem liberetur.

Tob. 3 3 NE reminiſcaris delicta noſtra Domine, vel parentum noſtrorum, & ne ſumas vindictam de peccatis noſtris.

Delicta iuuentutis meę & igno- 24 A 7
rantias ne memineris.
Citò anticipent nos misericor- 78 8
diæ tuæ, quia pauperes facti sumus
nimis.
Erraui sicut ouis quæ perijt, quæ- B 176
re seruum tuum, quia mandata tua
non sum oblitus.
Da mihi intellectum, & scruta- 118 34
bor legem tuam.
Deduc me in semita mandato- 35
rum tuorum: quia ipsam volui.
Vias tuas demonstra mihi: & se- 85 C 11
mitas tuas edoce me.
Deduc me Domine in via tua, 24 4
& ingrediar in veritate tua, læte-
tur cor meum, vt timeat nomen
tuum.
Dirige me in veritate tua & doce 5
me: quia tu es Deus Saluator meus,
& te sustinui tota die.
Auditam fac mihi mane miseri- 8
cordiam tuam, quia in te speraui. 142
Notam fac mihi viam in qua am- C 8

bulem,

A 24. Bell. *Opponit misericordia reminiscēda obliuionem peccatorū. nam vnum est causa alterius, tunc enim Deus reminiscitur misericordia sua, quando non vult amplius reminisci peccatorū nostrorū, sed ea remittit ac delet, ac si æterna obliuioni mādētur. Cōmemorātur autē delicta iuuentutis & ignorantiæ, h. cōmissa in infirmitate & ignorantia, quia istis magis quàm alijs conuenit misericordia iuxta illud Apostoli: 1. Timoth. 1. misericordiam consecutus sum quia ignorans feci.*

B 118. *August.* Ex ea parte qua dicitur: mādata tua nō sum oblitus, *inuenta est: sed per eos qui mādata Dei eligunt, colligunt, diligunt adhuc quæritur, & per sanguinē sui pastoris fusum & dispersum in omnibus gentibus inuenitur.*

C 143. *Aug. Si nō me docueris faciam volūtatē meam, & deseret me Deus meus.—Spiritus tuus bonus deducet me in terram re-*

bulem, quia ad te leuaui animam
meam.
29 Viam iniquitatis amoue à me, &
118 de lege tua miserere mei.
27 Viam iustificationum tuarum
instrue me, & exercebor in mirabi-
libus tuis.
142 C 9 Eripe me de inimicis meis Do-
mine: doce me facere voluntatem
tuam, quia Deus meus es tu.
23 Proba me Deus & scito cor me-
138 um, interroga me, & cognosce se-
mitas meas.
D 24 Et vide si via iniquitatis in me
est, & deduc me in via æterna.
5 Vtinam dirigantur viæ meæ, ad
118 custodiendas iustificationes tuas.
6 Tunc non confundar, cùm per-
spexero in omnibus mandatis tuis.
84 9 Audiam quid loquatur in me
Dominus: quoniam loquetur pa-
cem super seruos suos.
142 E 11 Spiritus tuus bonus deducet me
in terram rectam: propter nomen

ctam, quia spiritus tuus malus deduxit me in terram peruersam.

C 85. *Aliud est vt ducat ad viam, aliud vt deducat in via. Vide homines vbique pauperes vbique adiutorio egentes. Qui præter viam sunt, Christiani non sunt aut Catholici nondũ sunt, deducantur ad viam, sed cùm perducti fuerint ad viam, & Catholici in Christo facti fuerint, ab ipso deducantur in ipsa via ne cadant.*

D 138. *Aug. AEternus est qui dixit: ego sum via, veritas, & vita. Si ergo aliquid inueneris in via mea, quod displiceat oculis tuis, quoniam via mea mortalis est, tu deduc me in via æterna vbi nulla est iniquitas.*

E 142. *Aug. In tua iustitia non in mea, non quia ego merui, sed quia tu misereris. nam si meum ostenderem meritum, nihil abs te mererer, nisi supplicium, auulsisti merita mea, inseruisti dona tua.*

tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Conuerte me Domine & conuertar.

℟. Quia tu Domine Deus meus.

℣. Poſtquam conuertiſti me egi pœnitentiam.

℟. Poſtquam oſtendiſti mihi percuſſi femur meum.

℣. Confuſus ſum & erubui.

℟. Quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. *Hierem. 31.*

OREMVS.

MEntes noſtras quæſumus Domine lumine tuæ claritatis illuſtra, vt videre poſſimus quæ agenda ſunt, & quæ recta ſunt, agere valeamus.

Tua nos miſericordia Deus ab omni ſurreptione falſitatis expurget, & capaces ſanctæ nouitatis efficiat.

Mentes noſtras quæſumus Do-

mine paraclitus qui à te procedit illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit spiritus, veritatem. Per Dominum, &c.

Ex S. August. Soliloq lib. 2. cap. 6.

DEus Pater noster, qui vt oremus hortaris, qui & hoc quod rogaris præstas, siquidem cùm te rogamus melius viuimus, melioresque sumus: exaudi me palpitantem in his tenebris, & mihi dexteram porrige, prætende mihi lumen tuum, reuoca me ab erroribus, vt te duce in me redeam, & in te. Amen.

Deus, à quo manant vsque ad nos omnia bona, à quo coercentur vsque à nobis omnia mala — quomodo ad te perueniatur doce me: — vnde ad te perueniatur ignoro: tu mihi suggere, tu ostende, tu viaticum præbe, si fide te inueniunt qui ad te refugiunt, fidem da. si virtute; virtutem. si scientia; scientiam. auge in me fidem, auge spem, auge

charitatem. O admiranda & singularis bonitas tua, ad te ambio & quibus rebus ad te ambiatur rursum peto. Si tu deseris: peritur hîc. Sed non deseris: quia tu es summum bonum, quod nemo rectè quæsiuit & minimè inuenit. Omnis autem rectè quæsiuit, quem tu rectè quærere fecisti. Fac & me Pater quærere te, vindica me ab errore, quærenti te mihi nihil aliud pro te occurrat: si nihil aliud desidero quàm te; inueniam te; iam quæso Pater: Qui viuis & regnas Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Ex Soliloq. S. August. cap. 1.

EXaudi me Deus meus, Domine meus, Rex meus, Pater meus — Exaudi me more illo tuo paucis notissimo; Recipe, oro, fugitiuum tuum: Domine, clementissime Pater. iam iam satis pœnas dederim, satis inimicis tuis, quos sub

pedibus tuis habes, seruierim. Satis fuerim fallaciarum ludibrium. Accipe me ab istis fugientem famulum tuum, quia & isti me quando à te fugiebam acceperunt alienum; Ad te mihi redeundum esse sentio; pateat mihi pulsanti ianua tua: (per quam tandem ingrediar ad vitam æternam. Amen.)

PSALMVS XXII. ET XXIII.

Psal. Vers.

JMPRECATIO ET improperium in peruicaces & pertinaces hæreticos.



7 7 A EXVRGE Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

27 4 Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum.

27 4 Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.

A 7. Aug. Quid adhuc ille quẽ perfectum dicimus: ad iram prouocat Deum? Diaboli possessio peccatores & impij homines sunt. nõ ergo sæuiens, sed misericors aduersus eum orat quisquis orat. vt auferatur ei ista possessio, ab illo Domino qui iustificat impium, cum enim iustificatur impius ex impio fit iustus, & ex possessione diaboli migrat in tẽplũ Dei, & quoniam pœna est vt auferatur cuiquam possessio in qua dominari desiderat pœnã. dat iram aduersus diabolum, vt desinat possidere quos possidet.

Inueniatur manus tua omnibus 20 9
inimicis tuis: dextera tua inueniat
omnes qui te oderunt.

Fructum eorum de terra perde, 20 11
& semen eorum à filijs hominum.

Contere brachium peccatoris & 9 15
maligni: quæretur peccatum illius,
& non inuenietur.

Odisti enim omnes qui operan- 5 7
tur iniquitatem: perdes omnes qui
loquuntur mendacium.

B 118. *Augustin. Vbi felix est qui in cogitatione miser est, qui ad nihilum redactus est, aut quomodo non ibi miser est? magna est enim sterilitas, iniquitas.*

Spreuisti omnes discedentes à iu- 118 B 118
dicijs tuis: quia iniusta cogitatio
eorum.


Increpasti superbos, maledicti 118 21
qui declinant à mandatis tuis.

Sicut oues in inferno positi sunt, 48 C 15
mors depascet eos.

C 48 Bell. *Monstratur tum multitudo, tum imbecillitas hominum qui post mortem ad inferos detruduntur. Oues enim gregatim ducuntur in stabulum, & sine resistentia ducuntur ad Macellum: Ita minore labore Deus multitudinem impiorum, quamuis in mundo ditissimi & potentissimi fuerint detrudet in infernum ad mortem sempiternam.*

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XXIII.



XVRGAT Deus & dissi- 67 1
pentur inimici eius: &
fugiant qui oderunt eum
à facie eius.

Sicut

67 A 3 Sicut deficit fumus deficiant, sic
ut fluit cera à facie ignis, sic pereant
peccatores à facie Dei.

5 Fiant tanquam puluis à facie ven-
ti, & Angelus Domini coarctans
34 eos.

6 Fiat via illorum tenebra & lubri-
cum, & Angelus Domini perse-
quens eos.

9 18 Conuertantur peccatores in in-
fernum, omnes gentes quæ obli-
uiscuntur Deum.

34 4 Auertantur retrorsum & con-
fundantur cogitantes mihi mala.

36 B 15 Gladius eorum, intret in corda
ipsorum, & arcus eorum confrin-
gatur.

5 11 Decidant à cogitationibus suis
secundùm multitudinem impieta-
tum eorum, expelle eos quoniam
irritauerunt te Domine.

82 10 Fac illis sicut Madian & Cysa-
ræ, & sicut Iabin in torrente Cys-
son.

A 67. *Aug.* Extulerant se sicut fumi-[illegible]m ab ignibus odio-[illegible]m suorum in superbiæ typhum.—& vnde victores tumuerunt mox victi euanuerunt.—Et quia in hoc seculo sicut fumus superbiendo defecerunt; veniet illis in fine extrema damnatio, vt ab eius facie pereant in æternum.

B 36. *Aug.* Quale est sæuire gladio? Non posse occidere nisi corpus inimici, & posse occidere animã suam. Desipiunt, contra se sæuiunt, insaniũt, nõ se vident, tanquam si velit aliquis p corpus suum ferrum traijcere, vt concideret tunicam alterius.—Cõstat ergo plus esse quod se lædunt iniqui, & quod sibi nocent quàm quod sibi videtur nocere illis, quos oderunt.

 Psal. *Vers.*

Veniat mors ſuper illos, & deſ- 54 16
cendant in infernum viuentes.

Delictum oris eorum, ſermo- 58 13
nem labiorum ipſorum, & compre-
hendantur in ſuperbia ſua.

Et de execratione & mendacio 58 C 14
annunciabuntur in conſummatio-
ne, & in ira conſummationis, &
non erunt.

Diſperierunt in Endor: facti ſunt 82 11
vt ſtercus terræ.

Deficiant peccatores à terra, & 103 35
iniqui vt non ſint: benedic anima
mea Dominum.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Vir qui errauerit à via doctrinæ.
Prouerb. 21.

℟. In cœtu gigantum commora-
bitur.

℣. Mittebat illis Prophetas vt re-
uerterentur ad Dominum.

℟. Quos *Proteſtantes* illi audire no-
lebant. *2. Par. 24.*

℣. Adducam mala ſuper popu-

lum

58. *Auguſt. Quia in maledicto & menda- o deprehenſi ſunt; eò magis perficien- r.* vtinam id eue- at huius tempo- s nouatoribus. *ſu- erbia quippe eos non ermittebat perfici. acinus abſtulit ſu- erbiam, per eorum onfeſſionem: Indul- entia deleuit facinus er Dei miſeratione. & ex maledicto & nendacio annuncia- a ſunt conſumma- iones, hoc eſt: Dictum eſt homini: vidiſti quid ſis. ſenſiſti quid ſis. erraſti, excæcatus es. peccaſti, & lapſus es. agnouiſti infirmitatẽ, ſupplica medico: noli tibi videri ſanus, vbi eſt phreneſis tua.*

lum istum fructum cogitationum eius.

℟. Quia verba mea non audierunt: & legem meam proiecerunt.

ORE MVS.

DOmine Deus, innoua signa, immuta mirabilia, glorifica manum tuam, & brachium dexterum, excita furorem, & effunde iram: tolle aduersarium & affl ge inimicum, festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua Domine Deus noster. Qui viuis & regnas in Trinitate perfecta vnus Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Miserere nostri Deus omnium, & alleua manum tuam super gentem blasphemam & duro corde, vt videant potentiam tuam, sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu

noſtro magnificaberis in illis, vt cognoſcant te, ſicut & nos cognouimus quoniam non eſt Deus præter te Domine.

Deus, qui ſolus potens es de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ; contere, quæſumus, duplici contritione lapidea hæc corda miſerorum, & pertinacium hominum: vt omni obſtinatione & diuiſione reiecta, vero Paſtori Eccleſiæ tuæ, ſe vniant, vel à tua iuſtitia conſtricti, fidelibus tuis ſcandalo eſſe & Eccleſiam tuam perturbare deſinant, per Christum Dominum noſtrum.

Ex S. August. Soliloq. lib. 1. de cognitione Dei & animæ.

DEus, qui arguis ſeculum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio, Deus per quem nos non mouent qui minimè credunt, Deus, per quem improbamus eorum erro-

rem

rem qui animarum merita nulla apud te esse putant; Deus, per quem non seruimus infirmis & egenis elementis, Deus, qui nos purgas & ad diuina præparas præmia: Adueni etiam propitius (seductis per hæreticorum fraudem animabus) – Deus, cuius legibus arbitrium animæ liberum est, bonisque præmia & malis pœnæ — —per omnia necessitatibus distributæ sunt: — Sana & aperi aures (seductorum) quibus voces tuas audiant, sana & aperi oculos eorum quibus metus tuos videant, expelle ab (ijs) insaniam; vt recognoscant te (vt & ipsi) perfecti amatores, præceptoresque sapientiæ tuæ effecti, digni habitatores fiant, beatissimi regni tui.


Amen.



PSALMVS XXIV.

DETESTATIO HYPOcritarum, & eorum qui simulatione, aut acceptatione munerum Catholicam fidem impugnant.

A 65. *Aug. Quare solent inimici mentiri? vt potentiam cuiusque minuant; de quo mentiuntur.*



ICITE Deo quàm terri- 65 3
bilia sunt opera tua in A
multitudine virtutis tuę,
mentientur tibi inimi-
ci tui.

B 108. *Aug. Sicut pij gratis amant Christum, sic impij gratis oderunt. Quia sicut veritas nullo extra eam posito commodo, sed propter seipsam expetitur ab optimis; ita iniquitas à pessimis.*

Vana loquuti sunt vnusquisque 11 3
ad proximum suum: labia dolosa in
corde & corde locuti sunt.

Loquuti sunt aduersum me lin- 3
gua dolosa, & sermonibus odij cir-
cundederunt me: & expugnaue- 118 B
runt me gratis.

C 11. *Bell. Imprecatio prophetica est, per modum enim imprecationis prædicitur futurum. Vt omnes qui decipiunt, decipiantur, & dum multum putant se lucrari suis fraudibus, perdant omnia, & ipsi etiam pereant in æternum.*

Et posuerunt aduersum me ma- 5
la pro bonis: odium pro dilectione
mea.

Disperdat Dominus vniuersa la- 11 C 4
bia dolosa, & linguam magnilo-
quam.

Et

25 10 Et in quorum manibus iniquitates sunt, quorum dextera repleta est muneribus.

30 18 Erubescant — & deducantur in infernum, muta fiant labia dolosa.

D 23 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum.

68 24 Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.

28 Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam.

68 29 Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

60 25 Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.

108 15 Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum.

E 7 Cùm iudicantur exeant condemnati, & oratio eorum fiat in peccatum.

D 68. *August. Quod præsaga mens in spiritu Dei dicit mali, malène videatur imprecari. Fiat ergo, nec potest aliter fieri, nisi vt talibus ista eueniant, & quoniam videmus per spiritum Dei dici talia euentura malis, Ad hoc in illis hæc intelligamus, vt nos talia deuitemus, hæc enim nobis prodest intelligere, & ex inimicis proficere.*

E 108. *Aug. Oratio quæ non fit per Christum non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa oratio fit in peccatum.*

 Psal. Vers.

F 108. *Bell.* Dicitur *homo diligere maledictionem, & nolle benedictionem, quando ipse sibi causa est malis suis operibus cur maledicatur, & non benedicatur. Sic Iudas tradēdo Christum Iudæis ob cupiditatem modicæ pecuniæ dilexit maledictionē, quia ipse sibi caussa fuit cur malediceretur à* Deo.

G 108. *Aug.* Diplois. *pallium duplex est, confundantur duplici confessione: intus & foris, id est, coram Deo & hominibus.*

Dilexerunt enim maledictio- F 17
nem, & veniet eis: noluerunt be-
nedictionem, & elongabitur ab
eis.

Induantur qui detrahunt *bonis* 108 G 29
pudore: & operiantur, sicut diploi-
de, confusione sua.

Ne fortè dicant inter *sectas* vbi 10
est Deus *Catholicorum*. 3

Deus autem noster in cœlo, om- 11
nia quæcunque voluit fecit.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere. *Deut.* 27.

℟. Maledictus qui accipit munera; vt percutiat animam sanguinis innocentis.

℣. Maledictio comedet hoc consilium.

℟. Siquidem istud consilium propter auaritiam est. *Isa.* 28. *secundùm* 70.

℣. Congregatio hypocritæ sterilis.

℟. Ignis deuorabit tabernaculum eorum qui munera accipiunt.

℣. In-

℣. Insanisti in me, & superbia tua in aures Dei.

℟. Ponet itaque circulum in naribus tuis, & camum in labijs tuis.

Sapient.18.

ORЕMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, magna sunt iudicia tua, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt, & cùm timida sit omnis nequitia, da testimonium cōdemnationis; semper enim præsumit sæua, perturbata conscientia. Illis solis superposita grauis nox, imago tenebrarum quæ tandē superuentura illis erit *Hier.20.* Et tu Domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor, videam, quæso, vltionem tuam ex eis.

Ex Iudith 16. cap.

DOmine Deus omnipotens vindica in eis, visita illos in die iu-

dicij, da eis ignem & vermes in carnes eorum vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum, sit væ genti insurgenti super genus tuum: [quod parasti tibi in sanguine dilecti filij tui Domini nostri IESV Christi, qui tecum viuit & regnat in secula seculorum. Amen.]

Ex Esther 14. cap.

OMnipotens sempiterne Deus, ne tradas quæsumus sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram, sed conuerte consilium eorum super eos, & eos, qui in nos cœperunt sæuire, disperde. Memento Domine & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da fiduciam Domine Rex Deorum & vniuersę potestatis, Qui viuis & regnas per infinita secula seculorum. Amen.

✶

PSALMVS XXV. ET XXVI.

SPES CATHOLICORVM contra hæreticos.



59 A 14 N Deo faciemus virtu-
tem: & ipſe ad nihilum
deducet tribulantes nos.
35 Vidi impium ſuperex-
altatum & eleuatum ſicut Cedros
36 Libani.
36 Et tranſiui: & ecce non erat, &
quęſiui, & nõ eſt inuẽtus locus eius.
51 B 8 Videbunt iuſti & timebunt, &
ſuper eum ridebunt, & dicent: ecce
homo qui non poſuit Deum adiu-
torem ſuum.
17 Quoniam contereniur brachia
peccatorum: confirmat autem iu-
36 ſtos Dominus.
28 Iniuſti punientur, & ſemen im-
piorum peribit.
10 6 Pluet ſuper peccatores laqueus,
ignis, & ſulphur, & ſpiritus procel-
larum; pars calicis eorum.

A 59. *Aug. Qua* [*abiecti*] *& quaſi conculcati, & quaſi nullius momẽti homines erimus. Sed ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.*— Conculcati *ſunt martyres patiẽdo, perferendo, vſq; in finem perſeuerãdo, in Deo fecerunt virtutem. vbi ſunt modò inimici martyrum?*

B 51. *Aug.* Intelligamus *& diſcernamus duo iſta tempora, ſatis vtiliter, timẽdi & ridendi. Quandiu enim ſumus in hoc ſeculo nondũ eſt ridendũ, ne poſtea ploremus.* Infra: *Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tũc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. tunc iuſti irridebunt iſtum* Doech: hoc eſt proditorẽ & occiſorem ſacerdotũ, 1. Reg. 21. *Non eſt enim tunc ſubueniendi locus quomodo nunc. Quando vides hominẽ iniuſtè viuentem vis cum illo laborare vt corrigas quia qui iniuſtus eſt, cõuerſus poterit iuſtus eſſe: quomodo & iuſtus auerſus, poterit iniuſtus eſſe. Itaque nec de te præſumas, nec de illo deſperes, & da ope-*

Tu autem Domine ſeruabis nos: 11 8
& cuſtodies nos à generatione hac
in æternum.

Pones eos vt clibanum ignis in 20 10
tempore vultus tui: Dominus in ira
ſua conturbabit eos; & deuorabit
eos ignis. Reg.

Dominum formidabunt aduer- 2 10
ſarij eius: & ſuper eos in cœlis to-
nabit.

Qui habitat in cœlis irridebit 2 4
eos: & Dominus ſubſannabit eos. C

Quoniam populum humilem 17 28
ſaluum faciet: & oculos ſuperbo-
rum humiliabit.

Cuſtodit Dominus omnes dili- 144 20
gentes ſe: & omnes peccatores diſ-
perdet.

Ideò deſpexit oculus meus ini- 91 12
micos meos: & in inſurgentibus in
me, audiet auris mea.

Maledicent illi & tu benedices: 108 28
quoniam quæ perfeciſti deſtruxe- 10 3
runt; iuſtus autem quid fecit?

ram quantum potes. ſi benignus es, ſi non diligis malitiã ſuper benignitatem vt ambulãtem hominem in via mala & errãtem, corrigas ad viam bonam. Tunc verò cùm venerit iudicij tẽpus, correctionis locus non erit, ſed tantum dãnationis. & erit ibi pœnitentia, ſed infructuoſa, quia ſera, vis vt fiat fructuoſa? non ſit ſera Conſidera. hodie te corrige.

C 2. Bellar. *Propheta oſtendit fruſtra laborare principes & populos in oppugnanda Chriſti religiõe. Quod dicit dominũ ſubſannaturum eos, ſignificat nos diuino iudicio per ſigna & prodigia, per martyrũ patientiam, per conuerſionem gentium & populorũ, perq; alios modos ſoli Deo notos, ita irridẽdos, vt omniũ irriſioni & ſubſannationi pateant. Id videmus impletum: nam ſacerdotium Iudaicũ & idololatricũ nunc ab omnibus irridetur. Carẽt enim Iudei & gentiles templis & ſacrificijs. Reges quoq; gentium qui Eccleſiam perſequebantur om-*

7 In memoria æterna erit iustus, ab
auditione mala non timebit.
D 8 Paratum cor eius sperare in Do-
mino, confirmatum est cor eius:
111 non commouebitur donec despi-
ciat inimicos suos.
9 Dispersit dedit pauperibus: iusti-
tia eius manet in sæculum sæculi;
cornu eius exaltabitur in gloria.
E 10 Peccator videbit & irascetur,
dentibus suis fremet & tabescet: de-
siderium peccatorum peribit.
Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XXVI.



1 Vi confidunt in Domi-
no sicut mons Sion: non
124 commouebitur in æter-
num.
A 2 Montes in circuitu eius: & Do-
minus in circuitu populi sui.

nes miserè perierunt.

D 111. *Aug.* Illi volũt videre bona hominum in terra morientium, nos credimus videre bona Domini, in terra viuẽtium. Sed magnũ est: confirmatũ habere cor, & nõ commoueri cùm illi gaudent, qui amãt quod vident, & insultãt eis, qui, quod non vident, sperant.

E 111. *Bellar.* Timens Deũ omnẽ inuidiã superabit, peccator cõsiderabit bona opera timentis Deum, & eius felicitatẽ, & inuidia torquebitur, & irascetur forti eius, & instar rabidi canis fremet aduersus illum, & p̃ dolore tabescet. Sed desiderium impij quo cupit iusti perditionẽ non adimplebitur. Sed vnà cum ipso impio breui peribit. Ergo beatus & felix est qui timet Dominum: miser & infelix qui non timet.

A 124. *Aug.* Sunt & montes mali de quibus loquitur Scriptura significant magnas quasdam animas sed malas. Nõ enim putetis fratres quod potuerint fieri hæreses per aliquas paruas animas, non fecerunt hæreses nisi magni homines. Sed quantum magni, tantum mali montes, non enim montes erant illi qui susciperent pacem vt colles susciperent iustitiam, sed illi discensionem susceperunt à diabolo patre suo, Montes ergo erant: ad tales montes caue ne fugias. Venturi sunt enim homines & dicturi: Magnus ille vir & magnus ille homo: Qua-

Dicet Domino ſuſceptor meus 90 2
es tu: Deus meus ſperabo in eum.

Qui tribulant me exultabunt, ſi 12 6
motus fuero: Ego autem in miſeri-
cordia tua ſperaui.

Non timebo millia populi cir- 3 7
cundantis me: exurge Domine, ſal-
uum me fac Deus meus.

In te inimicos noſtros ventilabi- 43 6
mus cornu, & in nomine tuo ſper-
nemus inſurgentes in nobis.

Confundentur & deficient de- 70 13
trahentes animæ meæ: operiantur
pudore & confuſione qui quærunt
mala mihi.

Quoniam tu populum humilem 17 B 28
ſaluum facies, & oculos ſuperbo-
rum humiliabis.

Quoniam factus eſt mihi Do- 22
minus refugium: Deus meus in ad- 93
iutorium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipſo- 23
rum, & in malitia eorum diſper-

lis fuit ille Donatus: qualis eſt Maximianus? & Photinus: Lutherus, Caluinus, *qualis fuit? oēs iſtos mōtes nominauimus, ſed naufragoſos: videtis quia lucet de illis aliqua flamma ſermonis, & aliquis de ipſis ignis accēditur. Si nauigatis in ligno & nocte patimini, id eſt, calgine huius vitæ non vos fallant, nec dirigatis illuc nauim; vbi ſunt ſaxa ibi naufragia magna fiunt. Cùm ergo laudati tibi fuerint iſti mōtes, & cœperit ſuaderi tibi vt venias ad ipſos montes, quaſi ad auxilium, vt ibi requieſcas, reſponde: in Domino confido, quomodo dicitis mihi transmigra in mōtes.*

B 17. *Auguſt. in tit. Pſalm.* 59 *Multi humiliantur ſed vanè & fatuè in vana vetuſtate humiliantur patitur quis tribulationes pro pecunia, patitur tribulationē pro honore temporali, patitur quis tribulationem pro commodis vitæ huius, paſſurus eſt tribulationē, & humiliandus, quare nō propter Deum, quare non propter Chriſtum? — Bonum eſt ſapienter humiliari. Ecce nunc nonne hu-*

det

det eos, diſperdet illos Dominus
Deus noſter.

106 42 Videbunt recti & lętabuntur: &
omnis iniquitas oppilabit os ſuum.

30 24 Diligite Dominum omnes Sancti eius, quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Quaſi tempeſtas tranſiens: non erit impius.

℟. Iuſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. *Prou.10.*

℣. Quod timet impius veniet ſuper eum. *ibidem.*

℟. Deſiderium ſuum iuſtis dabitur.

℣. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. *Sap.4.*

℟. Et ſpuria vitulamina non dabunt altas radices.

OREMVS.

DEus in te ſperantium fortitudo; adeſto propitius inuocationibus noſtris, & quia ſine te nihil

miliantur hæretici. nonne leges contra eos datæ ſunt: (etiam ab hominibus) contra quos diuina regnant, quæ illos ante etiam condemnauerant. Ecce humiliantur, ecce fugantur, ecce perſequutionem patiuntur, ſed ſine ſapore pro fatuitate, pro vanitate. Iam enim ſal infatuatum eſt. Ideò proiectum eſt foras, vt conculcetur ab hominibus.


potest mortalis infirmitas, præsta auxilium gratiæ tuæ, vt in exequendis mandatis tuis, & voluntate tibi & actione placeamus.

Deus innocentiæ restitutor & amator, dirige ad te tuorum corda seruorum, vt spiritus tui feruore concepto: & fide inueniantur stabiles, & opere efficaces.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens Deus, & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges, consuetæ misericordiæ tribue benignus effectum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

PSALMVS XXVII. *Psal.* *Vers.*

DEPRECATIO MAgistratus pro populo sibi commisso.



VENITE adoremus & procidamus ante DEVM: ploremus coram Domino. 94 6
Quoniam ipse est Dominus Deus 7

noster:

noſter: nos autem populus eius, &
oues paſcuæ eius.

56 6 Exaltare ſuper cœlos Deus, &
ſuper omnem terram gloria tua, vt
liberentur dilecti tui.

89 13 Conuertere Domine vſquequo:
& deprecabilis eſto ſuper ſeruos
tuos.

85 A 17 Fac *nobiſcum* ſignum in bonum,
vt videant, qui oderunt *nos*, quo-
niam tu Domine adiuuiſti *nos*, &
conſolatus es *nos*.

22 Exurge Deus, iudica cauſam tu-
am, ne obliuiſcaris improperiorum
73 eorum, quæ ab inſipiente ſunt tota
die.

23 Ne obliuiſcaris voces inimico-
rum tuorum: ſuperbia eorum qui
te oderunt, aſcendit ſemper.

58 B 12 Diſperge illos in virtute tua: &
depone eos protector noſter Do-
mine.

67 C 32 Diſſipa gentes, quæ bella volunt.
73 19 Ne tradas beſtijs animas confi-

A 85. *Aug. In iudicio cõfundẽtur pernicioſè, q modo nolunt cõfundi ſalubriter. Modò ergo cõfundantur; accuſẽt vias ſuas malas, teneãt vitam bonam, quia nemo noſtrum viuit ſine confuſione, niſi prius confuſus reuiuiſcat.*

Idem paulò inferius. *Regio hæc ſcandalorũ eſt, & tẽtationũ malorũ, vt gemamus hic & mereamur gaudere ibi; hîc tribulari & cõſolari ibi, & dicere: Quoniam exemiſti oculos meos à lacrymis, pedes meos à ruina, quoniã placebo Domino in regione viuorũ. Iſta regio mortuorũ eſt, trãſit regio mortuorũ, venit regio viuorum. In regione mortuorum labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemitus, ſuſpiriũ, falſi felices, veri infelices, quia falſa felicitas vera miſeria.*

B 58. *Auguſt. Videte quemadmodũ de inimicis noſtris, alios confundimus inimicos.*

C 67. *Aug. Nõ enim correctioni, ſed contentioni ſtudent, diſpergantur ipſi po-*

 Psal. Vers.

tius qui corrigi nolunt, qui gregẽ Christi dispergere affectãt.

tentes tibi: & animas pauperum ne obliuiscaris in finem.

Da nobis auxilium de tribula- 59 13
tione: quia vana salus hominis.

Tu exurgens misereberis populi 101 14
tui, quia tempus miserendi eius: quia venit tempus.

D 84. Bellarm. Propheta in persona populi Deum orat — ait igitur: Converte nos Deus salutaris noster. h. incipe salutem in nobis operari tu Deus Saluator noster, quod facies si nobis bonam voluntatem conuersionis inspirateris, & vt hoc misericorditer facere incipias, auerte iram tuam à nobis, hoc est, reconciliare nobis oblitus offensionum, quæ te nobis inimicum reddiderunt.

Conuerte nos Deus salutaris no- 84 D 5
ster: & auerte iram tuam à nobis.

Benefac Domine bonis & rectis 124 4
corde.

Saluos nos fac Domine Deus 105 47
noster, vt confiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

Saluum fac populum tuum Do- 27 9
mine, & benedic hæreditati tuæ.

Et rege illos, & extolle illos vsque in æternum.

E 28. Bellarm. Laudatur Deus qui populo suo dat robur, & vires contra omnes suos aduersarios, & eis omnibus superatis dulcissimã quietem & pacem.

Dominus virtutem populo suo 28 E 11
dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. Auertatur ira tua, & furor tuus.

℟. A Ciuitate tua Hierusalem, & à monte sancto tuo.

℣. Ciuitates impiorum in æternum non ædificabuntur.

℟. Ciuitates hominum iniquitatem sustinentium benedicent tibi.

℣. Fuisti omni ciuitati humili auxiliator.

℟. Et tristibus propter inopiam protectio.

℣. Ab hominibus pessimis liberabis eos.

℟. Ab hominibus impijs quibus nos tradidisti. *Isaiæ 25. secundùm 70.*

℣. Si superatus fuerit populus tuus ab inimicis.

℟. Exaudi de cælo & propitiare populo tuo.

℣. Facias iudicium & dimittas populo tuo: quamuis peccatori.

℟. Aperiantur oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem nostram.

Pro remißione peccatorum.

OREMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & vota, effunde super nos misericordiam tuam, vt dimittas quæ conscientia metuit, & adijcias quæ oratio non præsumit.

Absolue quæsumus Domine tuorum delicta populorum, vt à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur.

Tuere Domine populum tuum, & ab omnibus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Pro auertendis tribulationibus.

OREMVS.

POpulum tuum quæsumus Domine propitius respice: atque ab

eo flagella tuæ iracundiæ, clementer auerte.

Miserere Domine populo tuo, & continuis tribulationibus laborantem, propitius respirare concede.

Omnipotens sempiterne Deus, mœstorum consolatio, laborantium fortitudo, perueniant ad te preces de quacunque tribulatione clamantium, vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant adfuisse. Per Dominum nostrum, &c.

Pro diuino obsequio, & Christiana virtute acquirenda & augenda.

DEus, qui errata corrigis, & dispersa congregas, & congregata conseruas, quæsumus super populum Christianæ tuæ vnionis gratiam clementer infunde, vt diuisione reiecta, vero Pastori Ecclesiæ

tuæ ſe vniens, tibi dignè valeat famulari.

Proficiat quæſumus Domine plebs tibi dicata, vt ſacris actionibus erudita: quantò maieſtati tuæ ſit gratior, tantò donis potioribus augeatur.

Deus, qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id deſiderare quod promittis, vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per Dominum noſtrum, &c.

Pro obtinenda & firmanda pace.

DA nobis quæſumus Domine, vt & mundi curſus pacificè nobis tuo ordine dirigatur, & Eccleſia tua tranquilla deuotione lætetur.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui cæleſtia ſimul & terrena mode-

raris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus.

Deus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia & iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Dominum noſtrum, &c.

Pro conſeruatione, & bono vſu bonorum temporalium.

ADeſto Domine famulis tuis, & perpetuam benignitatem largire poſcentibus, vt ijs qui te auctore & gubernatore gloriantur, & congregata inſtaures, & inſtaurata, conſerues.

Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere; da nobis ſalutem mentis & corporis, vt

ea quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus.

Protector in te sperantium Deus, sine quò nihil est validum, nihil sanctum, multiplica super nos misericordiam tuam, vt te Rectore, te Duce, sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sęculorum. Amen.

PSALMVS XXVIII. ET XXIX.

Psal. | Vers.

GRATVLATIO ET gratiarum actio populi Catholici ad Deum pro libertate restituta.



IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion; 1
facti sumus sicut consolati. 125 A

A 125. *Aug. Confusio est tota vita rerum humanarum non pertinens ad Deum, in hac confusione, id est, in ista Babylonia captiua tenetur Sion. Sed conuertit Dominus captiuitatē Sion, & facti sumus inquit sicut cōsolati — Consolatio nō est nisi miserorū consolatio, non est nisi gementium & lugētium. Quare* sicut cōsolati? *nisi quia adhuc gemimus? Gemimus in spe, consolamur in re, cùm transierit spes, de gemitu gaudium veniet æternum, vbi non opus erit consolatione, quia nulla miseria sauciabimur.* Infra: *Conuertit Dominus captiuitatem nostram, vt iam de captiuitate viam teneamus, & eamus ad patriam. Iam ergo redempti in via: non timeamus insidiantes hostes nostros. Ideò enim redemit nos, vt non audeat hostis insidiari nobis, si de via non recesserimus: Ipse enim Christus fact⁹ est via.*

Tunc

B 2 Tunc repletum est gaudio os no-
strum: & lingua nostra exulta-
tione.
117 15 Vox exultationis & salutis in ta-
bernaculis iustorum.
1 Exultate Deo adiutori nostro,
80 iubilate Deo Iacob.
2 Sumite psalterium & date tym-
panum, psalterium iucundum cum
cythara.
99 4 Populus eius & oues pascue eius:
introite portas eius in confessio-
ne: atria eius, in hymnis confitemi-
ni illi.
117 C 16 Dextera Domini fecit virtutem,
dextera Domini exaltauit *nos*, dex-
tera Domini fecit virtutem.
96 11 Lux orta est iustis, & rectis corde
lætitia.
47 12 Lætetur mons Sion: & exultent
filiæ Iudæ; propter iudicia tua Do-
mine.
66 D 5 Lætentur & exultent gentes:
quoniam iudicas populos in æqui-

Q tate,


B 125. *Aug. Nosse debemus quia est os cordis & lingua cordis. Ergo fratres, quid habeamus in ore interiore, cogitate, ibi videte ne quid mali dicatis intus, & nihil mali facietis foris, nisi quod dictum fuerit intus. custodi os cordis à malo, & innocens eris. innocens erit lingua corporis tui, innocentes manus erũt. etiam pedes innocẽtes, oculi innocentes erunt, aures innocẽtes erũt.*

C 117. *Aug. Magna virtus exaltare humilem. Deificare mortalem, præbere de infirmitate perfectionem, de subiectione gloriã, de passione victoriam dare auxilium de tribulatione, vt afflictis vera salus Dei patesceret, affligẽtibus autem vana salus remaneret. — Illi stragem funerũ vbiq; facientes Ecclesiam Christi mori arbitrabantur. Ecce nunc enarrat opera Domini. Vbique Christ⁹ beatorũ martyrũ gloria est. Vicit vapulando ferientes, patiẽdo impatientes, diligendo sæuientes.*

D 66. Bell. *Oẽs homines gaudeant, quo-*

tate, & gentes in terra dirigis.
Lętabimur in salutari tuo: & no- 19 E 6
mine Dei nostri magnificabimur.
Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMUS XXIX.



ONFITEMINI Domino 1
quoniam bonus: quo-
niam in sæculum miseri-
cordia eius. 117
Dicant nunc omnes qui timent A 4
Dominum: quoniam in sæculum
misericordia eius.
Immolate Deo sacrificium lau- 49 B 14
dis: & reddite altissimo vota *ve-*
stra.
Fortitudo *nostra*, & laus *nostra* 14
Dominus, factus est *nobis* in salu-
tem. 117

niā tu Deus p Christum tuū iudicas populos in æquitate, id est, ablato iugo tyrannicæ potestatis Principis tenebrarū harū regnum iustissimū in Ecclesia tua constituisti. Et gētes in terra dirigis regens eas & dirigens per saluberrimas leges tuas ad portū æternæ salutis.

E 19. Bell. *Lætabimur non solum corde, sed etiam voce— ob salutem tuam, cùm tu rex noster incolumis ex bello redieris, quia salus & incolumitas tua in nos redūdabit. Magnificabimur: magnos nos esse ducemus, & dicemus: non propter magnitudinem q̄ in nobis sit, sed propter magnum Dominum quem habemus.*

A 117. Aug. *Non potuit laus Dei breuius explicari: q̄ vt diceretur:* quoniam bonus. *q̄d sit grādi⁹ ista breuitate non video.*

B 49. Bell. *Docet Propheta in internis actibus virtutum cōsistere sacrificium quo delectetur Deus, & quod nos in iudicio vltimo securos præstare poterit.— Potest laudari Deus ab eis qui labijs solu honorant eum. Sed non potest sacrificari laus ipsi nisi ab ijs, qui in ara cordis & cum igne caritatis thus offerant.*

Redde altissimo vota tua b. Posteaquam Deum vt in se ipse est laudasti, respice illum, vt est auctor & fons omnium bonorum tuorum. ex te nihil es. & redde illi gratiarum actionem, & solue tributum obedientiæ, quod est præcipuum votum inter om-

Casti-

C 18 Castigans castigauit *nos* Domi-
nus, & morti non tradidit *nos.*
29 6 Quoniam ira in indignatione
eius, & vita in voluntate eius.
108 31 Quia astitit à dexteris pauperis,
vt saluas faceret à persequentibus
animas nostras.
29 11 Audiuit enim Dominus & mi-
sertus est nostri: Dominus factus est
adiutor noster.
17 48 Deus qui das vindictam nobis,
— liberator noster de inimicis no-
stris iracundis.
115 3 Quid retribuam Domino pro
omnibus quæ retribuit *nobis.*
1 Confitebor tibi Domine in to-
9 to corde meo: & narrabo omnia
mirabilia tua.
D 5 Quoniam fecisti iudicium no-
strum & causam nostram; sedisti
super thronum qui iudicas iusti-
tiam.
8 Saluasti nos de affligentibus nos,
43 & odientes nos confudisti.

nia vota tua. hoc enim promisisti cùm ad populum & familiam Dei admissus es, & hoc ipse requirit magis quàm cætera sacrificia externa: melior est enim obedientia quàm victimæ.

C 117. *Aug. Sæpè filios paterfamilias per nequissimos seruos emendari iubet, cùm illis hæreditatem, illis compedes præparet.*

D 9. *Aug. Non in toto corde confitetur Deo, qui de prouidentia eius in aliquo dubitat. Sed qui cernit occulta sapientiæ Dei — & quomodo omnia ad diuinæ prouidentiæ regimen referantur (quæ stulti quasi casu & temerè, & quasi nulla diuina administratione fieri putant) narrat omnia mirabilia Dei, qui ea non solum in corporibus palam, sed in animis quidem inuisibiliter, sed longè sublimius & excellentius fieri videt.— qui credens visibilibus, ad intelligenda inuisibilia transitum facit.*

niã tu Deus p Christum tuũ iudicas populos in æquitate, id est, ablato iugo tyrannicæ potestatis Principis tenebrarũ harũ regnum iustissimũ in Ecclesia tua constituisti. Et gẽtes in terra dirigis regens eas & dirigens per saluberrimas leges tuas ad portũ æternæ salutis.

E 19. Bell. Lætabimur non solum corde, sed etiam voce— ob salutem tuam, cùm tu rex noster incolumis ex bello redieris, quia salus & incolumitas tua in nos redũdabit. Magnificabimur: magnos nos esse ducemus, & dicemus: non propter magnitudinem q̃ in nobis sit, sed propter magnum Dominum quem habemus.

A 117. Aug. Non potuit laus Dei breuius explicari: q̃ vt diceretur: quoniam bonus. q̃d sit grãdi⁹ ista breuitate non video.

tate, & gentes in terra dirigis.

Lętabimur in salutari tuo: & nomine Dei nostri magnificabimur. 19 E 6

Gloria Patri & Filio, &c.

PSALMVS XXIX.



CONFITEMINI Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. 117 1

Dicant nunc omnes qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius. A 4

Immolate Deo sacrificium laudis: & reddite altissimo vota *vestra*. 49 B 14

Fortitudo *nostra*, & laus *nostra* Dominus, factus est *nobis* in salutem. 117 14

B 49. Bell. *Docet Propheta in internis actibus virtutum cõsistere sacrificium quo delectetur Deus, & quod nos in iudicio vltimo securos præstare poterit.— Potest laudari Deus ab eis qui labijs solũ honorant eum. Sed non potest sacrificari laus ipsi nisi ab ijs, qui in ara cordis & cum igne caritatis thus offerant.*

Redde altissimo vota tua. h. Posteaquam Deum vt in se ipse est laudasti, respice illum, vt est auctor & fons omnium bonorum tuorum. ex te nihil es. & redde illi gratiarum actionem, & solue tributum obedientiæ, quod est præcipuum votum inter om-

Casti-

C 18 Castigans castigauit *nos* Domi-
nus, & morti non tradidit *nos*.
29 6 Quoniam ira in indignatione
eius, & vita in voluntate eius.
108 31 Quia astitit à dexteris pauperis,
vt saluas faceret à persequentibus
animas nostras.
29 11 Audiuit enim Dominus & mi-
sertus est nostri: Dominus factus est
adiutor noster.
17 48 Deus qui das vindictam nobis,
— liberator noster de inimicis no-
stris iracundis.
115 3 Quid retribuam Domino pro
omnibus quæ retribuit *nobis*.
1 Confitebor tibi Domine in to-
9 to corde meo: & narrabo omnia
mirabilia tua.
D 5 Quoniam fecisti iudicium no-
strum & causam nostram; sedisti
super thronum qui iudicas iusti-
tiam.
8 Saluasti nos de affligentibus nos,
43 & odientes nos confudisti.

nia vota tua. hoc enim promisisti cùm ad populum & familiam Dei admissus es, & hoc ipse requirit magis quàm cætera sacrificia externa: melior est enim obedientia quàm victimæ.

C 117. *Aug. Sæpè filios paterfamilias per nequissimos seruos emendari iubet, cùm illis hæreditatem, illis compedes præparet.*

D 9. *Aug. Non in toto corde confitetur Deo, qui de prouidentia eius in aliquo dubitat. Sed qui cernit occulta sapientiæ Dei — & quomodo omnia ad diuinæ prouidentiæ regimen referantur (quæ stulti quasi casu & temerè, & quasi nulla diuina administratione fieri putant) narrat omnia mirabilia Dei, qui ea non solum in corporibus palam, sed in animis quidem inuisibiliter, sed longè sublimius & excellentius fieri videt. — qui credens visibilibus; ad intelligenda inuisibilia transitum facit.*

Remiſiſti iniquitatem plebis tuę, 3
operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam, a- 84 4
uertiſti ab ira indignationis tuæ.

Secundùm multitudinem dolo- 93 E 19
rum *noſtrorum* in corde *noſtro* con-
ſolationes tuæ lætificauerunt ani-
mam *noſtram*.

Quid retribuam Domino pro 115 3
omnibus quæ retribuit *nobis?*

Non enim fecit taliter omni na- 147 9
tioni: & iudicia ſua non manifeſta-
uit eis.

Benedicam Dominum in omni F 1
tẽpore, ſemper laus eius in ore meo. 33

Magnificate Dominum mecum, G 3
& exaltemus nomẽ eius in idipſum.

Gloria Patri & Filio, &c.

℣. De magnis periculis à Deo libe-
rati.

℟. Magnificè gratias agimus ipſi.

℣. Canticum erit nobis.

℟. Sicut vox ſanctificatæ ſolemni-
tatis.

℣. Et

F 93. *Aug. Quantum pretiũ damus?* nimirum ad obtinendas cõſolationes æternæ vitæ *quodammodo vnam ſiliquam ad accipiendos theſauros ſempiternos. — Bonus eſt Deus: ſi ceſſaret Deus & non miſceret amaritudines felicitatibus ſeculi, obliuiſceremur eum. — In corde Chriſtiano & tranquillitas erit, & pax, ſed quamdiu vigilat fides noſtra; periclitamur autem ſi dormit fides noſtra.*

F 53. *Aug. Quãdo benedicã Dominum: aut aliquis, quãdo tibi benefacit, quando abũdant ſecularia, quãdo multum abũdat frumẽti vini, & olei, etc. Non, ſed omni tẽpore, ergo & tũc, & quãdo iſta ſecundùm tẽpora & ſecundùm flagella Domini Dei noſtri turbantur, auferuntur, minus naſcuntur iam nata dilabuntur, fugiunt enim hæc.*

G 33. *Aug. Quiſquis amat carnaliter, neceſſe eſt, vt cum zelo peſtifero amet* — Nec *ſic eſt ſapientia Dei, quid dicit amator illius? Magnificate Dominũ mecũ. Nolo ſo-*

℣. Et lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia.

℟. Vt intret in montem Domini ad fortem Iſrael. *Iſa. 30.*

℣. Accipite iucunditatem gloriæ veſtræ. *Eſdræ 2*

℟. Iucũdamini gratias agẽtes Deo.

℣. Gaudete & exultate ſimul. *Iſa. 52.*

℟. Quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum.

℣. Omnis ciuitas exultauit & læta-ta eſt. *Eſther 8.*

℟. Noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor, & tripudium.

℣. Dextera tua Domine magnificata eſt. *Exod. 15.*

℟. Dextera tua Domine percuſſit inimicum.

OREMVS.

ADiuua nos Deus ſalutaris noſter, & ad beneficia recolenda, quibus nos reſtaurare dignatus es, tribue venire gaudentes.

lus magnificare Dominum, nolo ſolus amare, non enim ſi ego amplexus fuero, non habet alius vbi ponat manus. — Quare nobis recitantur iſta & exponuntur? Si amatis Deum; capite omnes ad amorem Dei. qui vobis iunguntur & omnes qui ſunt in domo veſtra. Si amatur à vobis corpus Chriſti, id eſt, vnitas Eccleſiæ, capite vos ad fruendum & dicite. Magnificate Dominũ mecum, & exaltemus nomen eius in ipſum, hoc eſt, in vnũ. — Capite quos poteſtis hortando, portando, rogando, diſputãdo, rationem reddẽdo, cum manſuetudine, cum lenitate. capite ad amorem, vt ſi magnificent, Deum in vobis magnificent. Et pars Donati. Lutheri, Caluini, Mennonis, &c. Videtur ſibi magnificare Dominũ. quid eos offendit: orbis terrarum. Dicamus illis fratres: magnificate Dominum. Magnificate Dominum, & exaltemus nomen eius in vnum. Quare in præciſione vultis manere?

re Dominum. ille vnus est: quare duos populos vultis facere? quare vultis dissipare corpus Christi?

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduer-uersis. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Deus, cuius misericordiæ non est numerus, & bonitatis infinitus est thesaurus, pijssimæ maiestati tuę pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: vt qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens; ad præmia futura disponas.

Sacrificium laudis quæsumus Domine cum gratiarum actionibus suscipe: & præsta, vt quos exaudire, & incolumes seruare dignatus es, ab omni imposterum aduersitate custodias, & in tuo amore & seruitio concrescant.

Deus,